

circumstantiis, ob quas dato etiam dicto iure coequali, ad huc huiusmodi gesta afficere deberent; Unde propterea effectus huius male constitutae excitationis literis iam scriptis fuit, quod ita ista occasione, oppositores amiserunt illam collegialitatis praerogativam & exultationem, quam saltem de facto ex communi opinione prius obtinebant: Cumque dictus clerus non acquiesceret, adiit Signatorem gratie habitam sub die 1668. pro obtinenda nova commissione, sed omnino reiectus fuit.

ANNOT. AD DISC. XIII.

Ista causa Maricensis. post eius statum in discussu recensitum, deinde proposita fuit in Signatura gratia ad instantiam capituli, seu cleri, porro nova commissione in Rota ex motivo iurium, ac processuum de novo repetitorum, sed omnino reiectum fuit.

FIRMANA JURISDICTIONIS PRO ARCHIEPISCOPO CUM COMMENDATARIO ABBATIE FAREN.

Causa scripta per concordiam.

An inferior Prælati regularis habens omnimodam iurisdictionem quasi Episcopalem cum clero, & populo intra limites eius, Monasterio, seu Abbatia adjacentes, tanquam in territorio separato, & nullius, eandem iurisdictionem habeat in Ecclesiis unitis, seu menbris & de mensa eiusdem Monasterii, sitis in alienis diocesis, etiam respectu clericorum eis inservientium, & populorum in eisdem sacramenta & divina recipientium.

SUMMARIUM.

- 1 Falli series cum decisione casus.
- 2 De iurisdictione Episcopi Fesulanus intus Civitatem Florentiam.
- 3 Praerogativa nil tollit, neque dat de novo.
- 4 De ratione ob quam ordinarii locorum in concernentibus curam & Sacramentum habent iurisdictionem in locis, & personis exemptis.
- 5 Quod importet Praelatos locorum exemptarum officii in eis vera ordinarii.
- 6 De ratione ob quam subsistit dictus casus Episcopi Fesulani.
- 7 Postquam Prae simul Episcopum, vel Archiepiscopum possidere Ecclesiam alteri Episcopo subiectam.

DISC. XIV.

Monasterium seu Abbatia Farsen. Ordinis S. Benedicti Congr. Cassinens. quod in eius tenimento, circumcirca, possidet utramque iurisdictionem, spirituales, & temporales in 24. vicibus Oppidis & locis ibi existentibus, cum omnimoda quasi Episcopali ac ordinaria & delegata iurisdictione, privative ad quemcumque Episcopum, cum territorio separato, & vera, non autem impropria qualitate nullius, possidebat etiam antiquitus eandem iurisdictionem Ecclesiasticam in aliquibus Castris adjacentibus diocesis Firmanae, cui per Greg. XIII. pravia dismembratione a d. Abbatia, applicata fuerunt, firmis tamen remanentibus eorumdem Castrorum Ecclesiis in earum antiquo statu regulari, & de eisdem Abbatia pertinentiis, etiam cum cura animarum ibi exerceri solita; Cum autem Urb. VIII. pravia secularizatione, collegia clericorum secularium in dd. Ecclesiis exisset, ita tamen quod huiusmodi secularizatione ac erectio nullum inferret praerogativam dictae Abbatiae, sub cuius iurisdictione, & superioritate continere deberent, prout antea; Hinc proinde Cardinalis eisdem Abbatia Commendatarius praetendere coepit omnimodam spirituales & quasi Episcopalem iurisdictionem etiam delegatam & in concernentibus curam animarum ac administrationem Sacramentorum privative ad Archiepiscopum qui tunc erat alter Cardinalis; Et benevole compromissa huiusmodi controversia in Card. Brancaccio, illius opera & dexteritate, post aliquas discussiones, ea scripta fuit per concordiam, per quam Commendatarius cessit dictae praetensioni circa concernentia clero, & populum secularium, ac istorum curam; E converso autem Archiepiscopus cessit iurisdictioni, quae sibi competere posset cum clericis, & aliis eisdem

Ecclesiis inservientibus, quamvis in eis non concernerent tria requisita Constit. 67. Greg. XIII. necessaria ad exemptionem secularium inservientium Ecclesiis, & Monasteriis exemptis, de quibus requisitis late ac particulariter habetur actum supra in Faventina. disc. 4.

In disputationibus vero habitis cor. dicti Cardinalis Arbitro, scribentes pro Praelato inferiori, magnum fundamentum constituebant in literis Apostolicis dictae secularizationis, ac erectionis respectivis, in quibus dicitur, ut Abbas Farsen. in huiusmodi Ecclesiis facere possit universa, & singula, quae locorum ordinarii in propriis Ecclesiis facere possunt & debent, ut de propterea inferant, ita verum Ordinarium declaratum esse, & consequenter implicite concessum esse territorium separatum, non obstante situatione in diocesi Archiepiscopi, deducendo in hoc exemplum iurisdictionis, quam Episcopus Fesulanus omnimodam, & privative ad Archiepiscopum, possidet in quadam Ecclesia in Civitate Florentiae, etiam quoad clero, & populum eisdem Ecclesiae annexum, de qua iurisdictione agit Lapis alleg. 139. ubi etiam Calder. Abb. in c. super eo. de paroch. n. 6. Rota dec. 207. n. 5. p. 2. div. & ceteri, ac habetur actum hoc eodem tit. in Nazarena, ubi de casu consimili disc. 20.

Contrarium etiam cum sensu veritatis, dicebam probabilius scribens pro Archiepiscopo, quam d. literae Apostolicae editae super secularizatione huiusmodi Ecclesiarum, revera aliud non continent nisi praerogativam antiquae iurisdictionis dicto Praelato inferiori competens in huiusmodi Ecclesiis tanquam regularibus & de sui Monasterii mensa; ne sc. immutatio status iurisdictionem cessare faceret. Et sic per viam simplicis praerogativae, cuius virtus & operatio est nihil tollere, minusque aliud de novo tribuere, sed relinquere res in eo statu, in quo reperitur ex collectis dec. 378. n. 8. p. 9. & 281. n. 11. p. 10. rec. & scriptis, cum tunc dicitur importare aliquid de novo, quando praerogativam faciens recte fecit aliud jus non competere iuxta distinctionem Bart. in l. si quis legaverit, ff. de leg. 1. de qua d. dec. 278. nu. 9. par. 9.

Et sic fingere voluit, ac si eisdem Ecclesiae continuarent in eodem antiquo statu regulari & subiectivo, quo etiam positum, ac non obstante exemptione ratione regularitatis competente, adhuc dicebam locum esse ad favorem Archiepiscopi, iurisdictioni a S. C. T. & Apostolicis Constitutionibus delegatae in concernentibus curam animarum & sacramentorum administrationem, ac aliis sub eadem iurisdictione venientibus; Ex ea clara & convincente ratione, de qua in Toletana disc. 1. & in aliis frequentur, quod sc. haec iurisdictione exercei non dicitur per locorum ordinarios in ipsis Ecclesiis, vel personis exemptis directe, sed causative, seu occasionaliter, ratione sc. proprii populi in ipsis Ecclesiis exemptis, ac a personis pariter exemptis sacramenta, & aliaque divina recipientibus, quoniam cum illi de populo dicantur oves in ipsis Episcopi, seu Ordinarii territorii viventes, ejusdem curae commissa, idcirco ad ipsum tanquam Pastorem inquirere pertinet, an eisdem ovis per inferiores Pastores, & ministros bene divina pabula ministrentur.

Neque praemissis obitare dicebam, quod in dictis literis disponeretur, Abbatem in huiusmodi Ecclesiis facere posse omnia ea, quae locorum ordinarii in eorum Ecclesiis facere possunt, & debent, Quoniam ut advertitur in dicta Toletana, in Macerat. & in aliis hoc eod. tit. etiam privilegia S. Religionis Hierosolymitanae, ac Cisterciensium, aliarumque Religionum eodem continent, quod se, Monasteriorum, seu Commendarum Praelati, declarantur veri Ordinarii, Verum id intelligitur intra ipsorum Monasteriorum, seu Ecclesiarum ambitum, & quoad personas in eis viventes, non autem quoad territorium, in quo est punctus, & quoad populum in eodem territorio viventem, ex latius deductis in mox insinuatibus causis, & alibi super hac eadem materia.

Alias etenim, retenta dicta praetensione Abbatis, dicebam quod unum de duobus perneceffe date oportebat, quorum unum cessabat in facto, & alterum implicite, in iure, vel sc. quod Urban. VIII. id destruyendo quod fecerat Greg. XIII. ipsa castra cum eorum territorio & populis, formiter dismembrare voluerit ac hac diocesi, illaque restitueret Abbatiae, eodem modo quo antea erant, quod in literis Apostolicis, nec in verbis, nec in sensu, modo aliquo continebatur, vel quod ita, in uno eodemque corpore darentur duo capita, quod de iure implicat.

Quo vero ad exemplum Episcopi Fesulanus, respondebam, quod quidquid sit de veritate assumpti, de quo Lapis, & ceteri, quod potius ratione antiquissima obliterantia, ac

scien-

scientiae, & implicite approbationis Sedis Apostolicae subiecti videtur, ibi concurrat quadam particularis circumstantia, ut ita sc. ille Episcopus aliquem honorificum residentem locum habeat, atque Episcopalem dignitatem aliquid plus tribueretur. Eodem modo, quo idem habetur in Archiepiscopo Nazareno in Ecclesia in insigni oppido Barolitanico diocesis Tranen. ob residentiam quae ibi habet dictus Archiepiscopus, cui ratione patriae Domini Nostri nonnulla specialia conceduntur, de quibus in dicta Nazarena hoc eod. tit. disc. 20. Et quamvis scribentes in contrarium replicarent, etiam hunc Abbatem habere omnimodam iurisdictionem ordinariam, & Episcopalem, ita ut habeatur tanquam Episcopus, Dicebam tamen non intrare comparationem, cum id in dictis casibus concedatur ratione residentiae, quae per dictos Episcopos habetur in loco, quae ratione cessante, non implicat, etiam Episcopum, vel Archiepiscopum in aliena diocesi possidere Ecclesias, ipsi Diocesis, in concernentibus praeterea curam animarum, & administrationem Sacramentorum subiectas, iuxta casum de quo infra in Amalphitanis iurisdictionibus disc. 21. ubi de Archiepiscopo Salernitano possidente Ecclesias in diocesis Nucernina, & Amalphitana, iure & titulo simpliciter Rectoris, omnimoda verum, quam habet Abbas Farsen. est in suo territorio, quod est separatim a quacumque diocesi, ac nullius vere & proprie, ita ut sitam diocesis constituit.

ANNOT. AD DISC. XIV.

Probabile est, quod in ista Firmana, alia innovatio facta non sit, dum in Archiepiscopatu usque ad initium ann. 1674. continuatur idem Card. Gualterius, & ex eius dimissionis nepos, quorum ambo in omnibus meam adhibebat operam, & tamen de ista causa aliquid motivatum non audivi; Quae deinde reflectendo ad iam deducta in discursu, videtur, quod solida sint, cum ita sit prorsus impossibile praetere istam speciem separationis territorii, praeterquam ex quadam rara, & privilegiata separatione facta, iuxta casum, de quo infra, disc. 20. & 33.

S. SEVERINI PAROCHIALIS PRO EPISCOPO COMMENDATARIO MONASTERIORUM S. MARIE DE RAMBONA, AC SS. LAURENTII, ET EUSTACHII URBANUM.

Causa scripta per Rotam pro Commendatario.

De eadem materia discursus praecedentis, an scilicet Praelati Regularis cum omnimoda iurisdictione & territorio separato in loco sui Monasterii, eandem iurisdictionem habeat in Ecclesiis subiectis, & de mensa, in alienis diocesis existentibus.

SUMMARIUM.

- 1 Falli series cum decisione casus.
- 2 De nullius improprio in loco sito in Diocesi.
- 3 In parochialibus exemptis non servatur concursus, & num. 5.
- 4 De ratione, ob quam Ordinarius habet iurisdictionem in Ecclesiis & personis exemptis ratione curae, & Sacramentorum.
- 5 De eadem conclusione, de qua n. 3. quae declaratur.
- 6 Ex indulto Ecclesiae censitae, seu simpliciter subiectae adsumere possunt naturam Ecclesiarum unitarum.

DISC. XV.

Vacante Ecclesia Parochiali, seu Plebania caltri Petini, Commendatarius Monasteriorum infimul unitorum S. Mariae de Rambona, & SS. Laurentii & Eustachii, illam contulit cuidam Antonio, Episcopus vero, in cuius diocesi d. castrum situm est, pravia consensu ad formam a S. C. T. praefcriptam, illam contulit cuidam Bontio in concursu praecedito, unde propterea ortu desuper controversia, & commissa causa in Rota cor. Bevilacqua, sub die 12. Januarii 1660. prodidit resolutio favorabilis Commendatario, seu pro viso per eum; Et quamvis edita decisione ego scribens pro Episcopo, etiam cum sensu veritatis, insinuatam eam, prout stat, nullo modo sustentabilem videri, atque in nova disputationis trutinam probabilis iuxta tribunalis integritatem atque laudabilem consuetudinem sperandum esse recessum, nihilominus idem Episcopus ad litium sumptibus forte deter-

ritus hucusque noluit novae disputationis experimentum adsumere; adit tamen S. Congr. Conc. cum eisdem informationibus in Rota datis, licet vero dictae Congreg. Patres concorditer in sensu diverso essent adversus decisionem praedictam; Nihilominus dum agebatur de causa jam in dicto Tribunali ac in forma contentiosa introducta, iuxta stylum, fundatum etiam in Const. 74. Sixti V. super earundem Congregationum erectione, noluit desuper respondere, sed remisit causam ad eandem Rot. atque in hoc statu causa reperitur.

Resolutionis praedictae fundamentum potissimum fuit indultum Apostolicum de ann. 1641. per Urb. VIII. concessum Cardinali Commendatario, in quo pravia narrativa exemptionis dictis Monasteriis concessa per Celestinum, & Honorium III. ac etiam litis vententis cum hoc Episcopo S. Severini super iurisdictione saltem delegata in Ecclesiis eorumdem Monasteriorum actuali cura carentium, tam in Ecclesiis praedictis, quam in aliis eorumdem praeterea Monasteriis, solventibus, Ecclesiasticam iurisdictionem Commendatario pro tempore concessit, privative ad dictum Episcopum, omnemque alium loci ordinarium, qui nullo pacto in eis ingerere se possit, constitutis eundem Commendatarium Sedis Apostolicae delegatum.

Ex quo indulto pro decisionem inferitur, ita omnes Ecclesias dictis Monasteriis censum solventes, inter quas erat ista, quamvis in alienis diocesis sitas, effectus videri nullius, & de territorio separato, iuxta eam impropria spectem nullius, quae datur etiam in locis, vel Ecclesiis in alieno territorio existentibus, & undique ab eo circumdatis, iuxta casum de quo dec. 373. p. 11. rec. de quo habetur infra in Maricana disc. 18. ac etiam casum de quo in Laetana, & in Romana capella, seu praereminentiarum pariter infra, hoc eodem tit. disc. 33. & 35.

Reflectendo autem ad veritatem, mihi videbatur, ut quoad punctum, qui controversia occasione concedat, super provisione sc. huius Ecclesiae parochialis, inspecta substantia, iustitia assisteret magis Commendatario, quoniam cum ista Ecclesia supponeretur subiective unita, & membrum ad Monasterium, vel alicuius eorum, exinde resultabat non intrare concursum iuxta formam a S. C. T. praescriptam, sed provisionem faciendam scilicet ad nominationem Praelati, seu Rectoris Ecclesiae, cui illa est unita iuxta constitutionem Pii V. sub approbatione tamen, tam circa idoneitatem, quam circa vitam, & mores per loci Ordinarium, ut in Senogallien. parochialis, & in aliis in via materia sub tit. de paroch.

Quo vero ad modum, ut se Commendatario licitum esset, omnino independentem ab Ordinario, etiam circa dictam approbationem, ac successivam iurisdictionem, in concernentibus curam animarum & administrationem sacramentorum, d. Ecclesiam providere, tanquam in loco vere nullius, & de territorio separato, ut est sensus decisionis omnino improbabilis, nullique fundamento innixa videbatur dicta resolutio, quoniam ut frequentur in praecedentibus habetur, punctus iurisdictionis per S. C. T. & Apostolicas constitutiones delegatae Episcopi, seu locorum Ordinarii, non consistit in ipsis Ecclesiis materialibus, minusque in personis eorumdem Ecclesiarum (servitio additis, sed in populo seculari vivente in territorio, & diocesi Episcopi, qui dicitur illarum ovium pastor, & consequenter quantumcumque amplum sit privilegium exemptionis ipsarum Ecclesiarum, earumque personarum, etiam si constitutum qualitate nullius, & improprie territorii separati, ut supra, non inde tamen inferri potest ad iurisdictionem activam in clerum, & populum viventem in alieno territorio, atque ad illius curam, & administrationem independentem a proprio Episcopo, & successive illa superioritas, seu delegata iurisdictione, quae locorum Ordinarii in Ecclesiis, & personis quantumvis exemptis ratione curae, & Sacramentorum tribuitur, est causativa, & in ratione passiva ipsius populi subiecti, quasi quod non subditus, & exemptus volens se ingerere in cura, & regimine ovium Episcopo commissarum, ita per quemdam quasi contractum, propria exemptioni renunciare videatur, atque se subiecte illi, cuius administrationem suscipit. Admitat illius, qui alias non subditus, sit talis ratione numeris, seu administrationis ab aliquo susceptae circa concernentia ipsam curam, vel administrationem, ac alias, cum frequenter casus tribuitur, quod aliquid monasterium, seu alia Ecclesia major, ut in specie casus dabit in his monasteriis, multas Ecclesias subiectas, & de mensa, huiusmodi habent in pluribus diocesis ipsarum, esset dare maxima inconvenientia pene im-

pra-

practicabilis, una cum monstro dandi plura capita in eodem corpore, quodque propria oves reverterentur ab alienis pastoribus, & inferioribus ministris ipsi Episcopo, & principaliori ignotis, quo nil absurdius.

Eatenus autem, in supra insinuatam, ut quoad substantiam provisionis Ecclesiarum, iustitia magis assisteret commendatario, ad cuius nominationem abique concursu dicta Ecclesia providenda esset, quatenus consilium de unione quae supponebatur, iuxta illam dici posset membrum monasterii, & de mensa, Secus autem ubi esset solum de eius jurerepatronatus, seu simpliciter censita, iuxta distinctionem, de qua in dicta Senogall. parochialis *sub tit. de paroch.* ita ut huiusmodi questionis hodie solent esse magis facti, & applicationis quam juris, super natura sc. & aequalitate distributionis Ecclesiarum inferiorum.

Sive ad summum, dictum indulgentum Apostolicum in hoc remanere videbatur operativum, atque juris communis dispositionem alterare, quod se etiam Ecclesia esset simpliciter censita, seu alias subiecta, ita tamen quod non concurreret formalis unio, & qualitas de mensa, ad huc cessante forma concursus, atque provisio faciendi esset, vel per ipsum Praelatum tanquam de Ecclesia regulari, iuxta *dec. Pen. n. 4. 23. & 585.* vel ad eius nominationem iuxta *dec. 102. p. 1. & 204. p. 3. rec.* cum illis in dicta Senogall. cuius contrarium de iure procederet, ut apud Orthob. *dec. 179. & 223.* Bononien. parochialis 24. Aprilis 1651. Meli. & in eadem Senogall. Nullatenus vero quoad alios effectus influentes in populum, ut supra, ad praesens dicta resolutio subsistere nullo pacto potest, ut scio plures fuisse sensum Indulgentiarum, & concordem S. Congr. Concilii.

S U M M A R I U M.

- 1. De novis resolutionibus S. Congreg. Concilii in ista causa contra resolutionem Rotae.
- 2. De exemplis prioribus, quod ab amplissima exemptione non potest inferri ad aequalitatem curam animarum.
- 3. Collatio beneficiorum est compatibilis in Praelato inferiori sine territorio.

ANNOT. AD DISC. XV.

Decisio Rotae, quae prodit in ista causa S. Severini in discessit enunciatam ad favorem Commendatarii, aniam dedit ministris ejusdem Commendatarii nimium dilatandi sumbras in exercitio omnimodae jurisdictionis Episcopalis etiam delegatae in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum cum clero, & populo seculari vivente in territorio Episcopi; Quare cum in discessu enunciatum recursum directus, & praecisus super ista causa ad S. Congr. Conc. admittit non fuisset, ut ibidem advertitur, atque Episcopus nollet redire ad Rot. Hinc ad aliam viam convolutum est, consulendo se eandem S. Congreg. generaliter, & in abstracto, an iste Commissarius, quique Vicarius, & clerici possint in propria Ecclesia exempta exercere curam animarum, & administrare Sacramenta, & verbum Dei predicare clero, & populo seculari independentes ab Episcopo; Atque sub die 2. Augusti 1670. prodit negativa resolutio, & merito quacumque ipsius Abbatiae, ejusque membrorum, & Clericorum, ac interventium, quantumvis amplissima exemptione non obtinente, quoniam ut saepius dictum est, ista suffragatur in ratione passiva quoad Ecclesias, & personas eis intervinientes, sed non ratione activa cum clero, & populo seculari, qui vivunt in territorio Episcopi, & est de grege sibi commissio; Itaque ratio revera nullam admittit responsum.

Non datur enim forte in Ecclesia Catholica, totoque genere Ecclesiarum, vel personarum regularium major exemptio, quam illa Hierosolymitanae, seu Melvitanae Religio, cui ex quadam ratione iustitiae potius, quam gratiae illam merito concessam fuisse est receptum. Et tamen ut infirmatur super *disc. 1.* & in decisionibus in eo casu, editis & praesertim prima, non per hoc M. Magister, vel Prior Ecclesiae in his se inerat cum clero, & populo seculari. Insuper, quae sunt ferventes cum tribus requisitis, de quibus supra, *disc. 4.* & alibi prius.

In quoque in Protectore Almo Domus Laurentinae, quod scilicet S. Cappella intra columnarum ambitum declaratus esset de vero territorio separate, & nullius, ejusque Protector verus, ac plenus ordinarius, cum omnimoda jurisdictione, etiam in concernentibus curam animarum, & parochialiam cum Capellanis, ministris, Colonis, & famulis, ex deductis infra, *disc. 33.* Et tamen non per hoc Protector,

ejusque Vicarius, Capellani, alique ministri se ingerunt cum clero, & populo non habente dictam qualitatem territorii, ut ibi.

Actum quoque fuit de eodem puncto praesentionis numeri, de quo infra, *disc. 20.* ubi videndum, ut quo magis fieri potest, evitetur illa eorumdem rerum repetitio, quae tamen in ista practica facultate est inevitabilis.

Et quavis in hac disputatione habita in S. Congr. Scribentes pro Commissario iterum in eo insisterent, quod ita esset implite circumscriptio dictam Rotae resolutionem, cum tamen eadem Congr. partes ad ipsam Rot. jam remiserit, ut ipsa iudicet, an ejus decisio revocanda sit; Attamen replicabam, etiam in sensu veritatis (atque Congr. admittit) quod unus punctus nullam habet cum altero connexionem, quoniam in eo casu, de quo in discessu, agebatur de actu particulari, compatibilis in Praelato inferiori collationis sc. beneficiorum, dum actus collationis, vel provisionis beneficiorum non est de illis actibus jurisdictionibus, qui sunt praesens affixi territorio, ut sine illo exerceri non possunt, *Lotter. de benef. l. 1. q. 24. nu. 8. Burat. dec. 222. nu. 9. dec. 156. nu. 8. p. 10. rec. & saepius,* atque ubi beneficium fit curatum, ita tamen, ut non inter forma concursus inducitur per Con. Trid. tunc jus Ordinarii non consistit in collatione, seu provisione beneficiorum, sed solum in ejus exercitio, ut se prohibuit sit jam provisio curam exercere cum populo subdito ipsi ordinario, nisi prius ipse praevis examine, de ejus idoneitate, tam circa vitam, & mores, quam circa literarum certior reddatur, ex ea nimis congrua, & convenienti ratione, quod cum ipse sit primus, ac major Pastor ovium, sibi commissarius, ad eum inquirere pertinet, an inferiores, & subordinati ministri, vel Custodes ovilis sint apti, necne.

M U T I N E N S.

SEU CARPEN. COLLATIONIS ORDINUM PRO ARCHIPRESBYTERO CARPI, CUM EPISCOPO MUTINENS.

Casus resolutus per S. Congr. Concilii pro Episcopo.

De collatione ordinum, seu concessione literarum dimissorialium pro eis suscipiendis, an competat inferiori Praelato loci Nullius, habenti cum territorio separate plenam jurisdictionem quasi Episcopalem, vel potius Episcopo viciniori.

S U M M A R I U M.

- 1. Casus controversae super collatione ordinum, seu concessione literarum dimissorialium competentie Praelatis inferioribus, & nu. 3.
- 2. De Ecclesia Carpen. ut sit nullius & extracommem diocesim.
- 3. De eadem materia, de qua n. 1.
- 4. Damnantur loca nullius sub inferioribus Praelatis.
- 5. Datur temperamentum in quo hoc materia collationis ordinum in his locis nullius praecari debet.

D I S C. XVI.

Prohibente Sacro Concilio Tridentino *sess. 23. de reform. l. cap. 10.* Abbatibus alique inferioribus Praelatis, quamvis exemptis, & nullius, collationem ordinum minorum, in cuius possessione erant, & concessionem literarum dimissorialium pro sacris a quocumque bene vite Antistite suscipiendis, totumque id Episcopis reservando; Cum antiquitus dubium esset, an dicta Conciliaris dispositio completeretur inferioribus Praelatis cum territorio vere separate omnimodam ordinariam & quasi Episcopalem jurisdictionem habentes, Vel potius conveniret solum Praelatis exemptis & spirituali jurisdictionem habentibus in locis existentibus intra limites diocesis, Idcirco hujusmodi adhuc indecisi determinatione pendente, Sac. Concilii Congregatio pro modum provisionis huiusmodi facultatem delegare solita fuit alicui Episcopo ex vicinioribus. Ac praeterea de anno 1613. id sequutum fuit in hoc Archiepiscopatu Carpen. dictam collationem committendo Episcopo Mutinensi. Quam autem postea, tam per ipsam Sac. Congregationem, quam per Rotam declaratum fuisset, jurisdictionem a dicto Sac. Concilio Episcopis in certis casibus delegatam, intelligendum esse in locis exemptis, ac sub Abbatum, aliorumque inferiorum Praelatorum jurisdictione, intra terminem diocesis limites existentibus, ut verè litera Concilii dispo-

disponit, non autem in locis, qui extraquamcumque diocesium, cum formali separatione territorii, verè sunt Nullius, cum tunc isti Praelati venire dicantur sub nomine Ordinariorum loci, iuxta distinctionem de qua in Toletana, in Maceraten. in Alforicen. Hispanen. & aliis, hoc tit. frequentur. Hinc nonnulli ex huiusmodi inferioribus Praelatis territorium separatam ut supra habentibus, curantur ab eadem Sac. Congregatione, praedictae provisionalis delegationis revocationem obtinere, proindeque dictam etiam facultatem exercere, ut praesertim sequitur fuit cum Monasterio Sancti Stephani in bosco habente talem jurisdictionem in locis, de quibus in celebri *decis. 54. Martin. Andr.* quae est in hac materia magistralis, atque cum Archiepiscopato Altamurae & cum aliis, ac ita etiam in his specialibus terminis, pro monasterio Trinitatis Cavæ Ordinis Cassinensis, talem jurisdictionem in certis locis habente, declaravit Rota in Convent. collationis ordinum 26. Julii 1654. coram Verosipoli post. *de pensio. decis. 31.* Hinc propterea Archiepiscopus Carpen. cum territorio separate, certis & indubitatis jurisdictionibus, cum territorio omnium aliorum, ut constat ex copiose pro eo deductis per Clarin. *contr. 220.* eandem provisionem removeri petiit, ut ipse sita plenam jurisdictionem, etiam in hac specie possit exercere; Verum se opponente Episcopo Mutinensi, assumptaque desperata formali disputatione in dicta S. Congregatione Concilii.

2. Scribentes pro Episcopo cum longa superflua allegatione serie, transcribendo decisiones editas in Toletana jurisdictionis 9. Maji 1659. 21. Maji 1660. & 27. Januarii 1662. coram Bevislaqua, probare conabantur, id Episcopo ex delegata jurisdictione ad limites Concilii Tridentini competere; Sed verè hoc motivum extraneum erat: ac casu controversiae, cum nullibi appareret istud Oppidium intra diocesis Mutinens. fines positum esse, Quinimo potius de contrario, ac territorii separatione constat evidenter, & incontinenti ex claro privilegio Apostolico Calisti tertii, continente, quod cum controversia esset inter Episcopos Mutinens. & Reggen. super hujus Ecclesiae ejusque territorii situatione, Rex fundator, ad huiusmodi controversiam dirimendam, capientem eam immediate sub Sedis Apostolicae jurisdictione pro sum Praelatum regi, utrique Episcopo respective quaedam dedit recompensam, atque ita de eorum consensu ex dicto privilegio fuit Ecclesiae firmatus, ut extra utramque diocesim existens, Sedis Apostolicae immediate subjaceret. Quod etiam clarè comprobatur observantia, dum abique eo quod inquit de contrario doceretur, Dataria, & Cancellaria Apostolicae hinc tanquam Ordinariae litteras Apostolicas dirigere consuevit, quod non sequitur in Praelatis inferioribus in aliena diocesi existentibus, quibus rescribere non solet, omnesque enuantiatur in eisdem litteris Apostolicis, alique actibus utuntur vocabulo Nullius; Item Synodum diocesanam indicare solitus fuit, concursus ad Parochiales parare, Concionatores, & Confessarios approbare, Monialium Monasteria regere, & visitare, aliaque omnia gerere ad omnimodam ordinariam quasi Episcopalem, etiam a Concilio delegatam jurisdictionem spectantia, ut latè enumerat Clarin. *disc. contr. 220.* Quibus postis, iuxta receptam distinctionem intrabat etiam facultas concedendi litteras dimissoriales pro ordinibus suscipiendis, iuxta punctualiter firmata in dicta Conven. Collationis ordinum coram Verosipoli *decis. 31.* post. *Tondut. de pensio.* ubi concordantes. Ac etiam iuxta ipsiusmet Sac. Congregationis observantiam, dum consuevit suspensiones in aliis Praelatis eandem jurisdictionem habentibus revocaverat.

3. His non obstantibus, Sac. Congregatio sub die 18. Julii 1664. contrarium respondit, Quamvis enim pro certo haberet, stante dicto privilegio in primava fundatione concessio, cum subsequuta observantia, quod huiusmodi territorium esse separatam, seu Nullius, Nihilominus moderni Patres dictam Congregationem regentes, in diversâ videntur esse sententia, quam antiquiores, Opinantem huiusmodi actum collationis ordinum, regulandum non esse eodem jure quo regulantur caeteri actus, ad delegatam jurisdictionem pertinentes, de quibus *sess. 24. de reform. l. cap. 20.* & in plerisque aliis Concilii locis, dum constat quod per speciale capitulum super hoc solo actu providere voluit, interdicendo etiam illius exercitium per annum Capitulis Cathedralium sese vacante, ad quae non dubitatur universam Episcopalem jurisdictionem, etiam generaliter delegatam transferri. Quasi quod sit actus peculiariter Episcopali or-

dini commissus. Atque istam aliam credunt fuisse Concilii intentionem, praesertim dum etiam in verbis, non contentum Concilium de explicandis Praelatis exemptis, addidit, etiam Nullius, quod verbum significare videtur huiusmodi intentionem, praevaleat debentem cortici & figurae verborum, ex quibus inspecto ejusdem capituli contextu, literaliter liquet Concilium loqui de solis locis intra Episcoporum diocesim existentibus, quibus vocabulum Nullius per quamdam impropriam ad significandam magnam exemptionem, etiam sine vera & reali separatione territorii quandoque tribuitur, ita ut intentio veris praevaleat debeat, Non curata dicta punctuali decisione Rotae, utpotè emanata una tantum parte informante, in contumaciam Episcopi non curantis comparere, neque jura suae Ecclesiae tueri, unde non levis suspitio collationis, seu complacentiae habita fuit, Adeo etiam cum Archiepiscopato Altamurae, cujus jurisdictione, ob Regionum ministrorum assentientiam tanquam de jurepatronatus Regis magis praeservari solet, adhuc fere huiusmodi specie jurisdictionis, eadem Congregatio praedictis dedit provisiones Episcopo Gravinae, viciniori favorabiles. Ac etiam in Abbazia Nonantulana, quam pariter non dubitatur esse Nullius, cum territorio separate, & jurisdictione quasi Episcopali, adhuc ista species jurisdictionis, circa ordinum collationem ex ejusdem Congregationis scriptis, non ad Abbatem, sed ad Episcopum adiacentem pertinet.

Resolutio in stricta jura censura partem probabilis videbatur, quoniam verba Concilii hoc loco sunt nimis clara, circa restrictivam ad loca existentia intra Episcoporum diocesim. Unde propterea, quoties verba sunt clara, tunc intentio per argumenta, & interpretationes de facili admittenda non est, ad text. *in leg. ille aut ille, l. cum in verb. ff. de leg. 3. cum concordantibus collectis per Rotam *decis. 44. nu. 14. par. 11. recent.**

Quia verò diffidentia circa huiusmodi speciem habita, etiam de Capitulis Cathedralium, ac etiam dicta confederatio specialis provisionis super eadem specie factae per capitulum separatam, satis ostendit videntur, intentionem Concilii fuisse, hunc actum, utpotè majoris importantiae, & Episcopali ordini proprie incumbentem, regulandum non esse eodem jure, quo reliquum ejus actuum ad delegatam jurisdictionem pertinentium; Hinc proinde non improbabilius applicari posse considerabam eam juris provisionem, quam in conventionibus, & ultimis voluntariis receptum habemus, ut substantia voluntatis, cortici, & formalitati verborum praevaleat debeat, Mantic. *de concess. lib. 3. tit. 3. num. 9. & sic tacit. lib. 2. tit. 7. numer. 1. cum sega. Merim. dec. 692. nu. 46. Burat. dec. 113. nu. 7. & saepius.*

Et fortius ex congruentia ratione, quam experientia induxit, multorum inconvenientium, ex omnimoda Episcopali jurisdictione resultantium in locis sub huiusmodi Abbatibus, & inferioribus Praelatis existentibus, in quibus nimium licentiosè vivi solet, atque Ecclesiastica disciplina parum servari. Unde pro mea sententia, sancta & laudabilis res esset, ut huiusmodi jurisdictionis species in universum supprimeretur, omniaque loca ad antiquam Dionysii divisionem sub diocesibus redigerentur; Ab initio enim quae Romanam Curiam praedicare cepti, jam antea confusis Cardinaliorum, & conventuum, quae in huiusmodi locis Nullius frequentur praestantur, videns tantas ceremonias, quae in Episcoporum creatione adhibentur, in eo felicitè, praevidi divergenti informatione, eligendo, deinde examini coram ipso Papa, & Cardinalibus, ac plurius ex doctoribus Curiae viris exponendo. Necnon praevis processu super natalibus, vita & moribus, in uno Concistorio praeparandis, in altero verò proponendis, Ac demum in actu consecrationis, totrigorosa iuramenta super Ecclesiae defensione, & ovium sibi commissarum recto gubernio exigendi; Idcirco omnino incongruum censui, dictas ceremonias & diligentes adhibendas esse, pro exercendo illo munere, quod admissum, & in omnibus exercere huiusmodi inferiores Praelati, in quibus nulla diligentia adhibetur, & quorum auctoritas pendet vel ex sola seculari potestate, vel ex aliquorum Regularium electione, ut contingit in Abbatibus Regularibus, quorum mores, & sufficientiam eligentes, vel deputantes spectare solent principaliter pro regendo ipsorum Regularium Conventum, non autem pro exercenda jurisdictione Episcopali in clero, & populo, & sic et verè inconveniens, quo nullum majus.

Dicebam tamen post huiusmodi resolutionem aliquibus ex Eminentissimis PP. Me laudare quidem Congregationis inten-

intentionem, utpotè satisfationabilem, ac proprio genio adaptatam, sed præsentem resolutionem salvari non posse ad improbabilitatem, nisi generaliter cum omnibus consimilibus inferioribus Prælati idem prædicetur; Aut enim dicta ratio subsistit, aut non, & utroque casu, in quantum, ac congruum est, ut cum unis prædicetur, & non cum aliis, cum omnium eadem sit iurisdicção, & auctoritas; Ac etiam quod explicari deberet, ut id committatur alicui Episcopo tanquam viciniore, eodem modo quo Constitutio Gregorii XIV. super materia Ecclesiastica immunitatis, aliæque Constitutiones Apostolicæ, idemque Concilium in aliquibus actibus committunt. Et hoc ne ille Episcopus, cui tanquam viciniore provisionaliter ut supra iste iurisdicção actus delegatus fuit, ex illius exercitio, paulatim tractu temporis præterire valeat loci situationem intra dioccesim, & successivè iure dioccesano universalem iurisdiccionem delegatam.

Quinimò, cum ex dicto fundationis privilegio constat, antiquitus esse in controversia inter Episcopos Mutinen. & Reggien. num ista Ecclesia, cum eius pago, & ambitu, esset intra unius, vel alterius diocesis fines, Idcirco omnino congruum dicebam, ut ita in reliquis hujus Prælati iurisdicção præservata remaneret, neque antiquis Episcopi Reggien. iuribus iniuria fieret, alternatim iste iurisdicção actus utrique Episcopo delegari deberet. Eo etiam adjecto temperamento prædicato in Oppido Altamura, & in aliis, ut scilicet Episcopus viciniore, non possit ordines conferre, vel literas dimissoriales ad eos suscipiendos concedere hujusmodi Prælatorum subsidis, nisi propriis Prælati literis testimonialibus, cum remaneat utrique consultum. Atque pro hac declaratione consulebam redeundum esse ad Congregationem. Incertum autem est, quid sequatur sit deinde, dum amplius agentes per Archiepiscopos non videri. Et sic referendo ad veritatem gravamen in eo consistere credebam, quod de super generalis provisio non fieret, quia iustum non est, ut unus sit filius & alter privignus, sed omnes eandem iurisdiccionem habentes pariformiter tractari convenit.

ANNOT. AD DISC. XVI.

Alia, quod faciam in ista causa disputatio habita non fuit, atque de hac materia collisionis ordinum, vel concessio literarum dimissorialium ad eos suscipiendos in illis locis, qui sunt sub humifodi Prælati inferioribus agit in annotationibus ad Concil. Trident. 14. de re. 14. & latius incidenter sub tit. de pensio. in Supplemento in Conimbricent. pensum, ubi materia examinatur magis proferat Abbas confensendi; De hoc etiam puncto, an scilicet isti Prælati nullius concedere possint literas dimissoriales, agit Flores de Mena q. 24. que est finalis, sed pro exteriorum non multum plausibili stylo in multis evagatur, & non descendit ad ea, que stringunt; Videtur itaque, quod observantia sit controversia iudex, & potissimè si Prælati sit in possessione celebrandi Synodum, & habendi concursus ad parochiales, quoniam tunc fit facit, quod est plus, concedendum est quod minus.

**AQUILANA JURISDICTIONIS
PRO EPISCOPO,
CUM ABBATE SEU PRÆPOSITO
S. JOANNIS IN PERSICETO.**

Causa decisiva per Sac. Congregationem Concilii pro Episcopo.

Si ex concordia, seu aliàs Prælati inferiori competit omnimoda iurisdicção, etiam in casibus venientibus sub delegata, reservato solum Episcopo jure visitandi Ecclesiam, quid sub hoc jure veniat; Et an visitare possit personas eidem Ecclesiæ inferiores, eorumque causas, & titulum Beneficiorum cognoscere.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Concessa iurisdicção, seu præminentia censentur concessa omnia ea, sine quibus concessio effectum habere non potest.
- 3 De finibus, seu effectibus, ob quos visitatio inducta est, ac Ordinariis demandata.

- 4 Quomodo sit compatibilis iurisdicção Prælati inferioris cum illa Ordinarii Visitatoris.
- 5 An iurisdicção Visitatoris restricta sit ad solum tempus visitationis.

D I S C. XVII.

Existente in Civitate Aquilana Ecclesia Sancti Joannis in Persiceto, cui annexa est cura animarum, amplius privilegii exemptivis ditata, cum iurisdicção ejus Prælati, tam in clericis ejusdem Ecclesiæ adscriptis, quam in populam secularem in adiacenti castro, seu in aliqua parte Civitatis fortè viventem, quasi per quandam similitudinem Episcopi Fesulani in Civitate Florentiæ, seu Archiepiscopi Nazarenæ in Oppido Baroli; Hinc antiqua & frequenter, præsertim post Concilii Tridentini publicationem fuerunt controversiæ, inter Episcopum, & dictum Prælatum inferiorem super iurisdicção ad dicto Concil. locorum Ordinariis etiam in locis, & personis exemptis delegata, que controversiæ tandem spicte fuerunt per concordiam a Sede Apostolica approbatam; per quam conventum fuit, ad Episcopum jure delegato spectare debere visitationem Ecclesiæ, collationem ordinum, seu concessionem literarum dimissorialium pro illis suscipiendis, jurisdictionem concursus ad parochiales, convocationem dicti Prælati, ejusque clericorum ad synodum, una cum observantia Constitutionum synodicalium, omniaque alia, que Episcopis, in personis & locis exemptis competeant, tam de jure antiquo, quam novissimo; E converso autem, ad Prælatum spectare debere, privatè ad Episcopum, cognitionem causarum civilium, criminalium, & mixtarum, omniumque aliarum ad forum Ecclesiasticum, in spiritualibus, & temporalibus pertinentium, cum personis & rebus dicte Abbatiæ subiectis.

Cum autem tractu temporis Episcopus occasione visitandi Ecclesiam, visitare quoque vellet personas exercentes curam animarum, ac sacramenta administrantes, tam circa idoneitatem, quam vitam & mores, ac etiam recognoscere bullas, seu titulos beneficiorum aliæque Ecclesiæ cultum & divinum ministracionem concernentia; Prælati verò prædicti hujusmodi visitationem de facto impedire curaverit, unde Episcopus ad censuras processit. Hinc res delata ad Sacram Congregationem Concilii, partibus auditis de anno 1667. mense Junii, seu Julii, prodidit resolutio Episcopo favorabilis; Ipsi scilicet, citra violationem concordie, ac ad ejus limites, competere que visitandi, nedum Ecclesiam, sed etiam personas, tam circa Ecclesiam cultum, & curæ exercitium, ac sacramentorum administracionem, quam circa vitam & mores, recognosciones beneficiorum, seu bullarum, aliæque ad mentem Sac. Concilii Tridentini sub visitatione cadentia. Atque mihi pro Episcopo scribitur, referendo ad solam veritatem, probabilis, beneque fundata visæ est resolutio.

Concessa siquidem aliqua iurisdicção, seu prærogativa, concessa censentur omnia ea, que illius finem, vel effectum respiciunt, & sine quibus inanis concessio remaneret ad text. cum ibi notatis in l. 2. ff. de iurisdicção omnium. Judicium, cum concordia apud Merlin. dec. 610. alias 253. par. 6. rec. nu. 1. & seqq. ubi quod data præminentia Decano, vel alteri præsidenti in Choro, concessa etiam censetur facultas muldandi ac puniendi omnes in Choro existentes, & malè suas partes explentes, ac demandandi alia ejusdem Chori servitium ac rectam administracionem concernentia cum similibus, ac habetur deductum magis specialiter in Nazarena iurisdicção, hoc in d. 20.

Visitatio autem per Sac. Concilium Tridentinum, respectu vicibus, etiam in Ecclesiis & locis exemptis, locorum Ordinariis injuncta, & commissa, non percutit eam solum Ecclesiæ materialis visitationem, (quam tanquam merè ceremonialem sine aliquo effectu, utinam non adeo punctualiter aliqui facerent singulis annis, pro solo sine exigendi procuraciones, & munera, reliquis omnes visitatoris partes negligendo,) sed percutit finem, seu effectum, ob quem illa introducta est, nedum scilicet ut ipsa Ecclesiæ materialis cum altaribus, & capellis, decenter restaurata, & ornata retineatur, sed ut ita tollatur abusus curæ cultum, ac detegantur intrusivi, & usurpatores beneficiorum, ac bonorum Ecclesiasticorum, necnon inspicatur, an sacramenta aliæque divina bene populo ministrantur, & quomodo ministrantes vivant, an scilicet populo scandalum, vel adificationem præbeant, cum similibus visitationis finem, seu effectum concernentibus, ut patet ex sess. 13. de Reformat. cap. 1. sess. 24. de reformat. cap. 3. & cap. 10. ac ceteris de more collectis ha-

Pars I. De Jurisdictione, &c. Disc. XVIII.

**MARSICANA JURISDICTIONIS
PRO EPISCOPO
CUM ABBATE CASSINENSIS.**

Causa pendens in Rota indecisus.

De iurisdictione loci Ordinario delegata circa clausuram Monasterii Monialium amplissimè exempti, & cum tali exemptione quod importet territorium separatam & qualitatem Nullius, quantum se extendat, & in quo operativa sit; Et quale aliud jus extra clausuram in eodem Monasterio, vel ejus Ecclesiæ Ordinariis habeat.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Iurisdicção delegata Ordinario loci quoad Monasteria Monialium procedit in exemptis, non autem ubi de territorio separatam.
- 3 Dari potest territorium separatam in propriis etiam intra limites alicujus diocesis, & cum istius circumdatione undique.
- 4 Quomodo procedendum sit in decisionibus una tantum parte informante editis.
- 5 Tenor concordie in causa.
- 6 Aperitio oris non est concedenda sine cognitione probabilitatis iustitiae petitis.
- 7 De differentiâ inter Prælatos inferiores habentes territorium separatam per veritatem, & alios habentes per privilegium & fictionem.
- 8 De ratione ob quam custodia clausure ac administratio Monasterii monialium committitur Ordinario loci.

D I S C. XVIII.

In Oppido Tagliacoti, quod non dubitari esse in, & de hac diocesi Maritima, sub Episcopi omnimoda, tam ordinaria, quam delegata iurisdictione, adest Monasterium monialium Ordinis S. Benedicti sub invocatione Sanctorum Cosmi & Damiani, ab antiquissimo tempore sub cura, administratione, & iurisdictione Abbatis Cassinensis, qui unum ejusdem Monasterii Monacum in Vicarium & administratorem deputare solet, cum amplius privilegii Apostolicis exemptivis eidem Monasterio concessis, ut infra; Cumque per Sac. Concilium Trident. & Apostolicas Constitutiones, locorum Ordinariis delegata esset iurisdicção super concernentibus clausuram, ac administrationem Monasteriorum Monialium, quavis exemptorum, ac sub Regularium regimine & administratione viventium; Hinc proinde inter Episcopum & Abbatem exorta fuit lit commissiva in Rota, ubi plures prodierunt resolutiones coram Corduba, & Robustero, & demum 23. Octobris 1686. coram Comitolo, ut patet ex decisione 83. inter eius impressas, per quam Abbati concessum fuit mandatum de manutendo quoad gubernium Monasterii & monialium, ac etiam quoad iurisdictionem in clericis inservientes Ecclesiæ ejusdem Monasterii, privatè ad Episcopum, præterquam in illis casibus, in quibus Sac. Concilium Trident. jure delegato locorum Ordinariis iurisdictionem concessit, tam circa clausuram Monasteriorum Monialium, quam alia in locis & personis exemptis in diocesi existentibus, atque cum hac resolutione prædicatam & continuatum fuit, usque ad annum circiter 1650. quando exorta fuit nova controversia occasione deputandi Confessarium eorumdem Monialium, an scilicet iste per Abbatem deputatus, indigeret ad præscriptum Constitutionis Gregorii XV. approbatione Ordinarii; Unde assumpta de super disputatione coram Bichio subrogato sub intulacione causæ Montis Cassini iurisdictionis, Episcopo informate negligente, sub die 27. Martii 1651. prodidit resolutio favorabilis Abbati solum informanti, cuius resolutionis fundamentum fuit, quod Concilium Tridentinum, & Apostolicæ Constitutiones super Ordinariis delegata iurisdictione procedunt in Monasteriis, vel Ecclesiis impliciter exemptis, & quævis autem in habentibus territorium separatam, & qualitatem Nullius, ut de isto Monasterio iudicatum fuit, ob nimiam amplitudinem privilegiorum Apostolicorum, demontantium omnimodam independentiam ab Ordinario loci.

Nil obstanti situatione in diocesi, ac circumdatione undique,

habetur apud Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 14. nu. 2. cum seq. & de Episcopo, alleg. 74. n. 7. Idcirco perneceffe dicebam, dandam esse visitationem personarum, tam circa idoneitatem, quam circa vitam & mores, ac recognitionem bullarum, seu titulorum, quorum ratione beneficia possideant, ac ordines, aliæque munia exercitant.

Ea potissimum viva ratione concurrente, quod in eadem concordia convenerat observantia Constitutionum synodicalium, Igitur perneceffe dicebam dandam esse Episcopo dictam facultatem, & iurisdictionem, ad effectum inspicendi, an dictæ Constitutiones observarentur necne, contravenientes etiam puniendo, ne alias lex imposita diceretur potius verbis quam rebus.

Difficultas autem in eo consistere videbatur, quod per eandem concordiam, Prælati inferiori, per regulam universalem concessa erat cognitio, privatè ad Episcopum, omnium & quorumcumque causarum, etiam criminalium, alias sub iurisdictione delegata venientium, Ita enim dicebant scribentes pro dicto Prælato, concordiam violatam remanere, neque verificari posse dictam universalem cognitionem, si Episcopo tribueretur facultas inquirendi de vita & moribus, sive de beneficiorum ac bonorum Ecclesiasticorum usurpatione, cum facultate contravenientes puniendi.

Verum facilis erat solutio, quoniam dicta universalis cognitio privativa, ad tollendam contradictionem, que alias esse manifesta, intelligenda est compatibiliter, & cum distinctione temporum, extra scilicet visitationem, & in causis indifferendis relicto tempore contingentibus, in quibus Episcopus se ingerere non potest, cum ejus iurisdicção utpotè restricta ad visitationem, non se protendat nisi ad ea, que illam ejusque observantiam concernunt, ex collectis per Barbof. de Episcopo, dicta alleg. 74. nu. 4. Non autem ut ad dictum solum tempus ejus iurisdicção restricta sit, ut solet esse exemptorum præsentium, cum in toto reliquo tempore rectè demandare valeat observantiam eorum, que in visitatione demandata sunt, ac transgressores punire, seu alias inquirere de concernentibus ejusdem Visitacionis finem, seu effectum, ne alias Episcopus videns abusus, cogendus esset eos tolerare usquequo tempus novæ visitacionis adveniret, ut advertitur in Faventina supra, hoc eodem tit. d. 14. Sed ne se ingerat in causis ordinariis, seu accidentaliter occurrentibus extra visitationem, seu ipsius visitacionis decretorum observantiam, atque in hac distinctione credebam consistere veritatem.

S U M M A R I U M.

- 1 Ad disc. 17. & 18. De territorio separatam sicto, seu intulationali.
- 2 De clausura Monialium commissiva Episcopo etiam in Monasterio exempto.

ANNOT. AD DISC. XVII.
E T XVIII.

Nequè ista casus pro mea novitia ulteriorem habuerunt disputationem, ob pluries assignatam rationem, quod Episcopi, ut plurimum pauperes, vel nimium onerati, si zelo impellente istud opus assumant cum inani sumptu, ob quosdam juridicos rigores, ablinent ab ulteriori prosecutione, idèque ut plurimum derorietur eis eorum conditio.

In causa autem, de qua disc. 18. prodidit ibi allegata decis. 373. p. 11. rec. que est apud illas Bichii dec. 459. una tantum parte informanti, & firmat quandam extravagantem speciem Nullius, seu territorii separati, in quodam Monasterio Monialium sito intra Oppidum, quod est indubitate in Diocesi, & de Diocesi, idèque pro mea praxi, per Sacram Congregationem Concilii priores deducta negligi consuevit, atque in nulla haberi consideratione, quoniam reverè privilegiorum amplitudo operari quidem potest majorem, vel minorem exemptionem, non autem territorium separatam, cum qualitate Nullius, ubi non dicatur, prout non datur veto, & materialis territorii distinctio dici, vel concedi non solet, & nisi in quibusdam singularibus, nimiumque raris casibus, ut præsertim est ille, de quo infra disc. 33. Alma domus Lauretana, pro componendis acerrimis litibus, que diu acce fuerant inter Episcopum, & Brevicorem.

Exderationibus in isto disc. 18. ponderatis super custodia clausuræ formalis potius quam materialis, habetur adum infra, tit. 14. in Miscellan. Eccles. sess. disc. 16. & in annot. ad Concil. Trident. disc. 36. & de eadem delegata iurisdictione super clausura Monasterii exempti, infra disc. 26.

quam inferior Prælati Ecclesie exemptæ in aliena diocesi, vel potius tanquam Episcopus, & Ordinarius, tam Ecclesie tanquam de territorio separato, quam personarum, in utraque jurisdictione ordinaria, & delegata.

Et postea quod censetur iuxta hanc secundam partem, an in loco, in quo Ecclesia sita est, exercere possit jurisdictionem cum suis subditis, eos carcerando, sive citando per edicta in locis publicis absque licentia Diocesani, seu Ordinarii loci, nec non licentiam concedere possit prædicandi in dicta Ecclesia independenter ab Ordinario loci.

Et an confessarii per eum approbati ad audiendas confessiones, aliaque sacramenta ministranda in ipsa Ecclesia, admistrare possint sacramenta populo ejusdem loci, vel Diocesis, ac absolvere à casibus reservatis per Diocesantem.

Et an Diocesanus, seu Ordinarius, justè petere valeat præfinitionem certi numeri clericorum, & ministrorum pro servitio talis Episcopi exteri, ejusque Ecclesie.

S U M M A R I U M.

- 1 De erectione Archiepiscopatus Nazareni, & colloca-tione dictæ Sedis in Apulia.
- 2 De unione Ecclesiarum Montis Viridis, & Cannanum.
- 3 De jure nundinarum concessio eidem Ecclesie, & an accedentes ad dictas nundinas teneantur ad pedagia remissis.
- 4 Hic Archiepiscopus deserti Crucem, & Mozze-tam per totum Orbem.
- 5 Recensentur capita controversiarum.
- 6 De resolutionibus super controversiis & dubiis.
- 7 Historicis quando sit deferendum.
- 8 In jure non reperitur præfinitio numerus clericorum ordinariorum, vel Ecclesie servitio præfinitiorum.
- 9 De Ecclesiis non numeratis, & receptis, & an certus numerus præfinitus possit.
- 10 Arbitrium circa ordinationes clericorum discretè exercendum est, ac alias S. Congregatio solet inhibere novas ordinationes.
- 11 De Episcopo Fesulano habente Ecclesiam in Civitate Florentia.
- 12 De Ecclesia S. Nicolai Barii.
- 13 Per consuetudinem, vel prescriptionem acquiri potest jurisdictionis in alieno territorio.
- 14 Distinguntur plures casus, in quibus exercetur jurisdictio in alieno territorio.
- 15 An subditus a proprio iudice, & superiore citatus extra territorium teneatur comparere, atque alias contra-reputari possit.
- 16 An iudex laicus possit citare ejus subditum in Ecclesia, vel loco immuni.
- 17 De ratione ob quam citatus a proprio Superiore extra territorium comparere teneatur, & citatio eum as-sicet.
- 18 De casu, in quo extra controversiam exerceri possit jurisdictio in alieno territorio.
- 19 Consilia aliqua jurisdictione, censetur concessa omnia ea sine quibus illa exerceri non potest.
- 20 Davi potest jurisdictione ordinaria, vel delegata ad universitatem causarum in personas, & sine territorio.
- 21 Dantur plura exempla talis jurisdictionis sine territo-rio.
- 22 Ponderantur plura inconcipientia, si jurisdictionis in per-sonas non esset excohibilis sine licentia Domini ter-ritorii.
- 23 Quomodo detur compatibilis concursus plurium superio-rum, & jurisdictionem exercitium in eodem ter-ritorio.
- 24 De Parochia exercente curam in personis, vel familiis in-tra fines aliene Parochie.
- 25 Processiones fieri non possunt etiam per exemptos sine licentia Ordinarii, vel Parochi extra proprium amb-itorium.
- 26 De facultate dandi licentiam ministrandi sacramen-

ta, præsertim illud penitentia in propria Ecclesia, quo-modo intelligatur.

- 27 De Episcopo Fesulano in Civitate Florentia.
- 28 Confessarii unius diocesis a proprio Ordinario approbati, possunt absolvere subditos alterius diocesis, etiam à casibus reservatis.
- 29 Quando Prælati in sua Ecclesia possit prædicare, vel aliis prædicandi licentiam concedere sine licen-tia Ordinarii.
- 30 Quod Episcopo residenti in loco fixe non autem acciden-tialiter, debeantur præminentie Episcopales etiam lo-ci Ordinarii invito.

D I S C. XX.

Liberata per Gothofredum, & confederatos Hierosoly-ma, totaque Palaestina à servitute Saracenorum, Apo-stolica autoritate pro ipsis militibus, ac mercatoribus & peregrinis occidentalibus, ejusdemque loci incolis, jux-ta ritum latinum, & catholicum vivere volentibus, In Civitate & diocesi Nazarena, erecta fuit Ecclesia Metro-politana cum Archiepiscopatu latino, cum eadem Sedes Apo-stolica, vel tunc, vel successivis temporibus, ut Episcopus patrie Domini Nostri Jesu Christi aliqua speciali, ac majori præro-gativa fulgeret, concessit indutum deferendi crucem & mozzetam per universum Orbem; Cum autem, tam hæc Civitas & diocesis Nazarena, quam ipsamet Hierosoly-ma, totaque Palaestina, ita Deo ex occultis ejus iudicis, in Christianorum punishmentem, & ignominiam permittere, denudò in servitutum Turcarum, & Infidelium redidisset, unde pro-pter dictum Archiepiscopum latinum, magis forsitan ex odio, & persequitione Prælatorum, & clericorum schismatico-rum, quam ipsorum Turcarum, à propria Sede & Ecclesia expulsi, & profugus & mendicus vivere cogentur; Hinc proinde eadem Apostolica Sedes, dicto impedito durare. Archiepiscopo prædicto, pro ejus sede fixa concessit quandam Ecclesiam extra mœnia insignis Oppidi Barolita-ni Tranen. diocesis in Apulia, sub invocatione S. Mariæ de Nazareth, cum omnimoda & plena jurisdictione Episcopali in clericos, alioquin infervientes, & ministris ejusdem Ecclesie, in quam omnia jura dictæ Nazarenæ Ecclesie trans-lata esse decrevit, assignando etiam quadam beneficia, seu Ecclesias in diversis diocesis pro ejus sustentatione. At-que successivis temporibus, de anno scilicet 1555. eidem Ec-clesie Nazarenæ, æque principaliter, dicta Sedes univit Ecclesiam Cathedralè dicitur Civitatis Cannarum, cujus territorium, nedum dicto Barolitano Oppido proximum est, verum apud eos oppidanos, fama & traditio habetur, etiam aliquam partem ejusdem Oppidi, tractu temporis dilata-ti, extra fines diocesis Tranen. atque intra illos dictæ Ecclesie Canen. sitam esse; Et de anno 1534. patiformiter illi univit Ecclesiam Cathedralè Montis Viridis, cujus Ci-vitas, & diocesis distat à præfato Oppido Barolitano 40. milliariis circiter spatio.

Quia verò ex causa belli inter Reges Catholicum & Christianissimum, dicta Ecclesia S. Mariæ solo æquata fuit neque Archiepiscopi vires concedebat reedificationem, Ideo Pius V. de anno 1567. loco præfate Ecclesie, subro-gavit alteram sub invocatione S. Bartholomæi intra ipsum Oppidum existentem, in quam translatis omnia jura dictæ prioris Ecclesie, ita ut Archiepiscopo & Capitulo Nazare-no, ipsa tanquam Ecclesia sua Archiepiscopali uti, Missas & alia divina celebrare, verbum Dei prædicare, confessiones audire, cæteraque in Ecclesiis Archiepiscopalibus fieri solita, facere liceret, cum omnibus jurisdictionibus, exem-ptionibus, privilegiis, & gratiis jurisdictioibus dictæ prio-ris Ecclesie, ita ad istam translatis, cum facultate etiam de-putandi canonicos & beneficiatos, alioquin clericos pro ejus arbitrio ad præfate Ecclesie servitium congruus & ne-cessarios.

Prout exemplo Sedis Apostolicæ, pro dicti Archiepiscopi congrua & decenti sustentatione. Reges quoque per tempore diversas concesserunt gratias; Præsertim verò Rex Fer-dinandus primus de Aragonia, cum plures ex adjacentibus Civitatibus & locis; devotionis gratia confluerent in die Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis ad dictam Eccle-siam, quæque solemnitate, concessit ibi privilegium nundinarum, cum jurisdictione & emolumentis, ad com-modum ipsius Archiepiscopi, ut haberet actum in Nazare-na pedagogium sub tit. de Regularibus ad materiam nundina-rum disc. 121. occasione disputandi, an dictus Archiepiscopus jus haberet prohibendi domino & possessori pedagogii, seu

passus pontis Cannarum, ne tale omnis exigeret à mercatori-bus, & aliis ad istas nundinas accedentibus.

Ob istam autem referentiam, & jurisdictionem, ferè continuè, & connaturaliter esse confluxerunt controversie inter ipsos Archiepiscopos; præsertim verò de anno 1620. cum istam Ecclesiam Nazarenam commendatam haberet Cardinalis Rivarola, dictus Archiepiscopus T.anen. præfinitionem excitavit, non licere presbyteros & clericos pro libito ordinare, dictæque Ecclesie servitio adscribere, sed certum ac determinatum numerum præfinitendum esse. Atque re declarata ad Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium, hæc sub die 23. Augusti ejusdem anni, ad normam dicti Piani indulti, id remisit arbitrio ipsius Ar-chiepiscopi Nazareni; Deinde verò de anno 1647. alia excitata fuit præfinitio super prohibitione hinc Archiepisco-po deferendi extra propriam Ecclesiam prædictam, per dit-ctum Oppidum, & territorium, Crucem, & Mozzetam, & introducta causa in Rota coram Verospio sub die 28. Junii dicti anni 1647. stantibus Indultis Apostolicis, & antiquo usu ea deferendi per universum Orbem, & in qua-cunque diocesi, prodiit resolutio Nazarenæ favorabilis, ut patet ex decisione desuper edita impressa disc. 106. p. 10. recent.

Circa verò annum 1665. dictus Archiepiscopus Tranen. denudò suscitavit dictam præfinitionem specificationis certi numeri presbyterorum & clericorum, atque supponitur, Nazarenæ forte inaudito, ac indefenso, cum obiunxisset à dicta Sacra Congregatione Episcoporum determinationem numeri quinquagenarii, absque aliqua tamen dicta resolu-tionis decretatione, vel executione. Atque ad breve tem-pus utraque Ecclesia vacata; Nazarenæ scilicet per obitum, & Tranen. per translationem ad Ecclesiam Tarantinam, Cum ad Nazarenam translatus fuisset Franciscus Antonius de Luca Episcopus Anagnin. Modernus Archiepiscopus Tranen. excitando dictam præfinitionem numeri præfinito clericorum, alias quoque præfinitionem in eadem Sacra Con-gregatione promovit, præsertim verò, ultra prædictam. Se-cundò, quod non liceret dicto Archiepiscopo, ejusque Vicario & officialibus officere edicta, vel cedulones in platea, alioquin publicis locis ejusdem Oppidi, absque licentia ipsius Diocesani; Tertio, quod minus liceret facere quadam consuetas processiones extra propriam Ecclesiam, ambitum per aliquos dicti Oppidi vias sine ejus licentia. Quarto, quod Confessarii ab ipso Nazarenæ deputati ad audiendas confes-siones in sua Ecclesia, non possent confessiones audire oppi-danorum & populi dicti loci, præsertim verò circa abso-lutionem à casibus per ipsum Diocesantem reservatis; Quintò, quod hic Archiepiscopus Nazarenus extra propriam Ec-clesiam in aliis dicti Oppidi Ecclesiis non possent habere ge-melfexorium, cum posset uti stratis, & pulvinariis; Et sexto denudò quod non possent facere prædicare verbum Dei in dic-ta Ecclesia, & concionatore benedicere. Atque de an-no 1668. resolutiones prodierunt.

Ad primum numeri præfinito clericorum, resolutum fuit pro Nazarenæ, scilicet non constare de excessu, quamvis de tempore disputationis essent 68. sacerdotis & clerici.

Ad secundum dictam causam affixionem edictorum, & cedulorum in locis publicis, dictum fuit non licere, nisi justificaretur consuetudo.

Ad tertium circa processiones, servandam esse consue-tudinem; Et super quarto, concernente confessiones, nulla capta fuit resolutio, sed rescriptum fuit exhiberi authen-ticum documentum literarum Pii V. cum deduceretur dictum illatum tenor registratus apud Ugellium in 7. tom. Istius Sacrae agenda de iure Ecclesie, cui merito in hac parte delatum non fuit, tanquam historico-moderno multa seferentis, pluresque scripturas ecclesiasticas ad simplicem relationem, seu exhibitionem ipsorum Episcoporum, vel alia-rum partium; Quamvis enim habeamus in jure conclusio-nem super fide chronolis & historicis præstantia ex deductis per Maicard. de probat. consil. 287. Gratian. discept. 893. Rota disc. 353. numer. 23. & 169. part. 5. recent. apud Cellium disc. 25. numer. 2. & in aliis per add. ad dec. 529. par. 4. recent. tom. 3. nu. 36. Nilhilominus ea intelligitur, ubi agitur de antiquis & probatis historicis, in quibus nulla affectationis, & partium suggestio suspicio urget. Secus autem in modernis, & ubi dicta probabilis suspicio ob-ster, multò magis utraque circumstantia concurrente, ut advertitur apud Orthob. disc. 234. nu. 6. Royas dec. 236. nu. 17. Coccin. dec. 132. nu. 4. & in aliis, & ponderatur in Ca-lis-augustiana Cathedrali tit. eod. lib. sub tit. de præminen-tiis, disc. 3. & 169.

Quoad quantum super præminentia habendi gemelfexo-rium, cum stratis & pulvinariis, aliaque prerogativas Episcopo congruas, in aliis ejusdem Oppidi Ecclesiis fecu-laribus, vel regularibus, punctus remissus fuit decidendis Sacra Ritum Congregationi, cujus proprium ac peculiare est has honorificas illi ceremonias controversas tractare & decidere; Et demum quoad alterum concionatoris, non in eadem, sed in diversa disputatione, ad habitum fuit pro absoluto ad favorem Nazarenæ quod liceret, declarando in-validas censuras quas contra concionatorem protulerat Or-dinararius.

Examinando igitur singulas quæstiones prædictas. Quæ-tentis pertinet ad primam super præfinito numero clerico-rum, reflectendo etiam ad veritatem, improbabili militi videbatur Diocesani præfinitio, tam inspecta dispositione, vel ratione juris communis, quam stante præfato Indulto Pii V. Ac etiam observantia, tum generalium consi-milium Ecclesiarum, tum particularium ipsius loci & Ecclesie respectivè.

In jure siquidem, nihil expressè dispositum habetur su-per restricta Episcoporum, aliorumque Ordinariorum facul-tate ordinandi, vel respectivè Ecclesiarum servitio adscribendi certum numerum clericorum, cum solum cita-beneficia, vel portiones, aut participationes massæ, re-periatur distinctio inter Ecclesias numeratas & non numeratas, ex deductis per Lotter. de Beneficiis, lib. 1. qu. 14. ex num. 12. Quinimò cum in plerisque Italiae partibus, præfinitio verò in illis Apulia, consuetudo daret, omnes ferè Ec-clesias Cathedrales, Collegiata, vel Matrices, & Paro-chiales locorum, excepto numero præfinito Canonico-rum & Dignitatum, esse non numeratas, ac receptivas quo-rumcumque naturalium loci, certa requisita habentium, ex his, quæ frequenter habentur acta sub tit. de Canonici & Capitulo. Atque in Ecclesia Cathedrali Melphitren. ob nimis excrevit numerum presbyterorum participantium de massâ, ab eodem Capitulo & clero inimus effectus statum, super certi numeri determinatione, in ordine tamen ad dictam participationem massæ, non autem ad facultatem Episcopi ordinandi, & adscribendi, juxta distinctionem, quam in proposito dabam in una Andriæ, un habetur deduc-tum dicto tit. de Canonici &c. Adhuc re declarata ad Rotam, hæc statutum prædictum improbat, ut patet ex plena de-cisione desuper edita in Melphiten. statuti, & censuram 26. Novembris 1640. coram Ghislerio, quamvis dicta præfinitio ibi de facto effectum sortita sit, forsitan ob ap-probationem Sacra Congregationis, aut aliorum Superio-rum postmodum superventam, ex rationalibus motivo-nibus excrecentis numeri, per quem humilidmo parti-cipatio ad fatis modicum reducit, ut Ego ponderabam in Rheggien. consulti disputata in Rota coram Taja & Bevilacqua, de qua pariter habetur actum eodem tit. de Canonici &c.

Unde propterea resultat, ut id, quod in dicto speciali In-dulto Pii V. continetur, quod scilicet Archiepiscopi arbitrio remissum sit, ut etiam declaravit Sacra Congregatio de anno 1620. ut supra, non sit proviso specialis, sed determinatio ejus, quod de jure inest. Quoniam cum jure id expressè determinatum non habeatur, omnino dicendum est, remis-sum esse ipsorum Episcoporum, vel aliorum Prælatorum ad quos pertinet, arbitrio, pro qualitate ac necessitate, seu de-centi cultu Ecclesiarum, numero populi, ac locorum consuetudine regulando.

Et quamvis per licentiam in contrarium diceretur, tale arbitrium reservandum esse, ne contingat illud immoderatè exerceri. Unde propterea frequenter contingit, quod recurrentibus Communicantibus, vel Dominis temporali-ter ab hac Sacra Congregationem, & adversis nimiam Episcoporum facultatem in collatione prima tonituræ alio-rumque ordinum, eadem Sacra Congregatio inhibere solet, ne ad hujus facultatis exercitium deveniant nisi ipsa consultata, quod Ego semper laudavi, dum in plerisque par-tibus, præsertim verò in Regno Neapolitano, frequentius tonitura & ordines, non suscipiuntur, ut Deo & Ecclesiis inserviant, sed ad finem evitandi gabellas & publica onera, ac etiam forum secularium, ut ita major vivendi, & de-linquendi licentia habeatur, & sic ob istam eandem major-em vivendi licentiam, que in proposito se addicentium servitio Prioratum & Commendarum Sacra Religiosis Hierosolymitana ponderatur per Gregorium XIII. Confit. 67. de qua habetur particulerè actum in Faventina hac eod. tit. disc. 4. Unde propterea actus commendabilis, ac ju-stum videretur, quod omnibus diocesis & locis hac præ-

prænitio pro numero & ad proportionem populi & animarum fieret, eodem modo, quo Gregorius XV. fecit per moderationem abusus clericorum felvaticorum in eodem Regno interdictis Nihilominus dicebam id non percutere istum Archiepiscopum in specie, sed omnes Episcopos, & Prelatos in genere dicta facultate abutentes, & sic non minus Nazarenam, quam ipsum Tranenem. Possimè quia, ut patet ex inscripta comparatione numeri presbyterorum, & clericorum existentium in aliis huius Oppidi Ecclesiis Diocesano subjectis, abusus potius adesse videbatur ex parte ipsius recurrentis.

11 Concurrere quoque dicebam observantiam generalem, quoniam cum Episcopus Felvanus ob consimile forsitan impedimentum residendi in propria Ecclesia, & diœcesi ob aeris insalubritatem, consimili Apostolica concessione obtinuerit, cum consimili jurisdictione, Ecclesiam in Civitate Florentiam, in qua reputatur Ordinarius cum universa Episcopali jurisdictione. Ut de ista Ecclesia loquatur Abb. in cap. *super eo de Parochis, numer. 6.* Lapsus allegat. 139. ibique etiam Caldein. *Rota dec. 207. numer. 3. par. 2. diversorum, & alii.* Attamen non habet hanc limitationem, quor clericos ordinare, vel dictæ Ecclesiæ adscribere debeat.

Et quavis istud exemplum, in aliquo differte videatur à presenti, dum dictus Episcopus aliquos habet in eadem Civitate fines, in quibus vivit etiam populus secularis, cum quo curam, tam sacramentalem, quam jurisdictionalem habet, unde propterea indiget clericis, & operariis, nempe pro Ecclesiæ cultu, sique concedenti assentientia, verum etiam pro dictæ curæ exercitio, ac sacramentis dicto populo ministrandis. Nihilominus eadem ratio in presenti quoque urget videtur, ob dictam adjunctam Ecclesiam Caneffensem, in cuius territorio, quavis non ex fixo domicilio, sed accidentaliter moratur notabilis populus, occasione cultus illorum agerum, ac etiam cultus salinarum, & in ipso sale fabricando, seu alias circa illum operando, & sic ratio videtur eadem.

12 Dabam aliud exemplum ibi proximum, & in eadem provincia, unde intrabat argumentum à fortiori, Ecclesiæ scilicet Collegiatae Sancti Nicolai intra Barensem Civitatem existentis. Est enim Ecclesia Collegiata, solum exempta ab Archiepiscopo sub Prælatu inferiori, qui Prior nuncupatur, & qui comparativè ad Episcopum, vel Archiepiscopum dicitur Prælatu inferior, & tamen in ea adfunt 42. Dignitates, & Canonici 58. Beneficiati, & 40. circiter simplices capellani, & clerici. Igitur attendita debita proportione, si inferior Prælatu, in Civitate habente fortè minorem populum, ac in faciem Archiepiscopi & Ecclesiæ Metropolitanæ, in Ecclesia Collegiata habet hunc ministrorum numerum, prorsus incongruum dicebam, ut in loco fortè habente majorem populum, & in Ecclesia Metropolitana, vel ejus figuram gerente, ubi residet Archiepiscopus adeo singulariter à Sede Apostolica decoratus, ut supra, talis minor numerus prænitendus esset.

Et fortius cum in isto loco non residet ipse Ordinarius Diocæsanus, neque adit Ecclesia Cathedralis, ut in dicto alio casu Baren. Quinimò, quod magis est, ex nimia ordinandi facilitate ipsius Archiepiscopi conquerentis, casus dabat, quod in una ex duabus Ecclesiis parochialibus dicti Oppidi, quo Collegiata nuncupationem ac præntensionem habet, atque matricis figuram gerit, habens Rectorem Archiepiscopum nuncupationem, adfent supra 110. Sacerdotes, & clerici. Et in alia breviori Parochia, adfent numerus quinquagenarius circiter. Imò & in quadam Ecclesia regulari Prioratus Baroli ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, cuius servitio plures sacerdotes & clerici facultates adscribi solent, idem fortè adfent numerus, qualis ut supra est in altera minori parochia, ideoque magis augebatur ratio incongruentiæ.

13 Quoad secundum controversiæ punctum, super affixione cedulorum & edictorum in platea, aliisque locis publicis, in quo, ut supra dictum fuit, cessante consuetudine non licet, nulla suberat necessitas de hoc disputandi in puncto juris, cum eetta ac notoria in facto supponeretur antiqua consuetudo, qua concurrente, Sac. Congregatio antiqua censuit licere, Et merito, quoniam etiam in casibus, in quibus pro certo obset regula impediens exercere jurisdictionem in alieno territorio; adhuc illa limitatio non recipit ex contraria legitima consuetudine, seu præscriptione, per quam jurisdictione in alieno territorio acquiri potest ad

text. in cap. *auditis, de præscriptionibus, & firmant Abb. Felin. Alex. de Nevo, ac cæteri antiqui canonistæ, ac etiam doctus modernus canonista Fagnan. in cap. cum olim, de tit. de præscrip. & alii in d. cap. auditis, cum deducitis supra in Toletana, d. f. 1. late Flamini. de Rubeis conf. 69. n. 71. & seq. lib. 2. Rovit. pragmat. 1. de iurisdictione iurisdictionem non turbant. numer. 10. ac cæteri allegatis supponitur per Rotam dec. 109. numer. 8. p. 11. rec. Unde in hac materia questio foret esse potius facti, quam juris, super verificatione scilicet requisitorum, quæ ad legitimam præscriptionem inducendam deferantur.*

Verum credebam, etiam cum sensu veritatis, quod abfque dicta circumstantia consuetudinis, seu præscriptionis, propter onus exinde resultans, (quod non leve est,) illum cum suis requisitis rigorose justificandi; quod in solo puncto juris, ex facti qualitate, simpliciter, ac indefinite pro dicta facultatis exercitio responderi deberet.

Admittendo siquidem tanquam certam, ac incontrovertibilem dictam regulam prohibitivam exercendi jurisdictionem in alieno territorio abfque licentia & consensu Ordinarii loci. Quia tamen circa ejus intelligentiam ac respectivè limitationes, ob casuum diversitatem, de facili in aliquo æquivoco incidit solet. Idcirco advertendum in proposito plures casus diligendos esse. Quorum primus est, ubi quis in alieno territorio vult exercere jurisdictionem cum subditis ipsius Domini territorii, atque privativè ad eum, seu etiam cumulative, cognoscere illas causas, quarum cognitio regulariter de jure ad ipsum loci Ordinarium, seu territorii Dominum, vel Magistratum pertinet, ut est casus, de quo agit Rovit. in dicta pragmat. 1. de iurisdictione iurisdictionem non turbanda, ex numer. 3. ubi de Bajulo Licci præterdente exercere jurisdictionem in Marchionatu Uritano cum illis civibus & incolis. Ac etiam habetur per Rotam dec. 139. par. 4. rec. ubi de Domino castri Nemi, volente exercere jurisdictionem in ea parte lacus, quæ ad territorium castri Cistibiani, cum similibus. Atque circumscripta qualitate districtus præfententis juris territorialis, esset casus jurisdictionis, quam Vicarius Urbis in alienis diocæsis intra districtum, cumulative cum Ordinariis, & cum ipsimet diocæsanis exercere præntendit, iuxta casum, de quo in Terracinen. d. f. 50. & in aliis hoc tit. Et tunc, abfque dubio major urget juris resistentiæ, non solum adfede defectus jurisdictionis ratione territorii, sed etiam ratione personarum, ac præjudicium alterius Magistratus, alias de jure competentis, ideoque iurisdictionis proceditur, maxime rigorosa consuetudinis, vel præscriptionis probatio dedegit. De quo tamen casu in presenti agere, illiusque, ac etiam aliorum sequentium veritatem examinare non oportuit, utpote extra casum controversiæ, solumque illi circa superfluitatis, vel evagationis vitium insinuabatur, ad effectum evitandi æquivocæ, & ne autoritates de uno loquentes, alteri incongruè applicarentur.

15 Alter casus est, ubi aliquis loci Ordinarius, seu Magistratus, habens proprium territorium, proprioque subditos originarios, vel domiciliarios, vult cum illis accidentaliter in alieno territorio morantibus, exercere propriam ac nativam jurisdictionem, quam in territorio proprio sine dubio exercere possit. An scilicet id agere valeat abfque consensu, & licentia Ordinarii loci, seu Domini & Magistratus, quæ per requisitorias, iuxta communem praxim peti solet; Et tunc intat distinctio, an actus jurisdictionalis importet exercitium Imperii & jurisdictionis de facto, ut sunt ex. gr. carcerare, torquere, fustigare, suspendere, seu alias personam punire, vel bona exequi & subhastare, cum similibus; Vel potius importet solum verbalitatem, puta proprium subditum per nuntium, aut per edictum citando & monendo, aut illius statum sibi denunciando, quod scilicet à proprio Superiore excommunicatus, seu bannitus esset &c.

Primo casu, concors est omnium sententia, ut cessante legitima consuetudine, vel præscriptione id fieri non possit, cum huiusmodi actus importent in ipsomet exercitio, impetum, ac jurisdictionem, quod in alieno fieri non potest; In secundo autem controversia est inter scribentes, non in ordine ad ipsos locorum, & territorii Dominos & Ordinarios, seu Magistratus ratione turbate jurisdictionis, sed solum in ordine ad validitatem actuum, quoad ipsum subditum à proprio Ordinario, vel Superiore in alieno territorio citatum. An scilicet talis citatio cum afficiat, itat alias contumax reputari valeat, & consequenter ad pænas contumacialis condemnari, aliofque actus contra eum procedi possit; Et in hoc negativam tenere videntur Soccini in cap. *licet, de foro competentis, numer. 46. & Bellam. in cap. Ro.*

Romani, §. contrahentes, n. 6. & in cap. *secundo, nu. 26. de foro competentis, ac cæteri deducti per infra allegandos, ex axiomate, quod jus dicenti extra territorium non paretur impune.*

16 Contrarium verò opinionem tenet feudista Ilermia in cap. *primo contra. Inveftitura inter dominum, & alium de beneficio, numer. 7. & seq.* ubi exemplificat in Rege Neapolitanæ Regnicolam ejus subditum in Urbe morantem, Eamdemque tenent occasione questionis, an iudex laicus citare possit proprium subditum in Ecclesia, vel loco exempto, Abb. in cap. *inter alias, numer. 5. de immunit. Eccles. & cæteri collecti per Averlum Valasc. consil. 81. numer. 4. cum seq. Rovit. pragmat. 2. de citat. numer. 12. de Marim. rescript. 44. numer. 1. lib. 1. bene Sanfelice. dec. 41. numer. 1. & 2. late Baron. de citat. quest. 42. numer. 27. cum seq. Apud quos distinguitur, an agatur de citatione verbali, vel de reali, ut hæc secunda fieri non possit utpote importans in ipso actu formale, ac actu exercitium jurisdictionis & imperii, iuxta dictam partem distinctionis, secus autem de prima, quoniam jurisdictionis exercitium non consistit in illo citationis actu, quem exequitur nuntius, vel cursor, sed in mandato, seu commissione de citando, qui actus fit in territorio proprio, unde propterea Ordinarius, vel Superior loci, in quo id explicetur, conqueri non potest de demandante citari, quod suam turbet jurisdictionem; Bene tamen, saltem iuxta communem receptam praxim, iustam conquerendi occasionem habet de merititate ipsius nuntii, seu cursoris, huiusmodi actum explicantis in ejus propria domo, seu territorio, ubi irrequisitè, unde de facto, ratione dictæ temeritatis, quando habetur in manibus, carcerari, & puniri solet.*

17 Sed quoad ipsum subditum à proprio Superiore, quavis in alieno territorio, vel loco exempto citatum, probabilius videtur, eum affici, quoniam finis citationis est scientia, seu notitia, quam ita ipse obirinet, quod scilicet Superior illum monet quod contra eum habet inquisitionem, seu processum infortiativum, quodque propterea comparare debeat ad condemnationem, & defendendum, ac alias procederet ad condemnationem, alioque acta. Unde eo ipso quod id fecit, & negligit comparere, conqueri non potest, quod non citatus, neque monitus condemnentur, sed ad præjudicialia contra eum procedatur. Quod tamen plures recipit modificationes, seu declarationes, de quibus agere opus non fuit, utpote extra causam, dum solum, citra evagationem, ista ut supra insinuabatur, ad effectum ita clarè demonstrandi huiusmodi oppositionis incongruentiam, quoniam fit, ut infra, hinc Archiepiscopus in huiusmodi Oppido, ejuisque territorio, carceretur, ac in personis, vel in bonis, actus jurisdictionales de facto exercere potest, multo magis facere licet id, quod est minus, ducto argumento ab auct. multo magis, *Cod. de Sacro. Eccles.*

18 Cæterum in hac facti specie dicebam, versari extra predictos aliofque similes casus, & consequenter nullatenus cadere questiones in proposito per DD. disputatas, quoniam non versamur in Iudice, vel Magistratu, qui habens proprium territorium, seu jurisdictionem in suis finibus limitatam, illam in alieno territorio cum propriis subditis ibi accidentaliter existentibus exercere velit. Sed de Episcopo ex Apostolica Sedis auctoritate in eo loco, fixam, ac propriam residentiam habente, tanquam in loco subrogato, ac vice propria Cathedralis, seu diocæsis impeditæ, utpote ab infidelibus occupata, cum ordinaria ac Episcopali plena jurisdictione, in clericos, aliofque ejus Ecclesiæ, vel personarum servientes, & ministros, more reliqui cleri & populi, ipsam in dicto Oppido ejusque territorio viventes, atque continentium domicilium habentes. Unde propterea cum Sedes Apostolica in huiusmodi persona in alieno territorio viventes, ordinariam ac Episcopalem jurisdictionem dederit, ita implicite ac per antecessum necessarium, dedisse censetur facultatem exercendi dictam jurisdictionem, quavis in territorio alieno; ex verò & recepto principio, quod concessa jurisdictione, per necessarium antecessum concessa censetur omnia ea, sine quibus illa effectum sortiri non potest ad text. in l. *cum ibi notatis, ff. de iurisd. omni. iudic. cap. iurisdictionis, de off. c. deleg. Rot. apud Metlin. dec. 610. n. 1. alias 253. par. 6. recen. dec. 199. n. 3. par. 5. & Lepius, & sic est iurisdictione in personis cum quodam iure territoriali improprio, pro facultate scilicet in eo jurisdictionem cum ipsis personis exercendi.*

19 Quavis enim plurius opinio sit, jurisdictionem ordinariam, vel delegatam ad universitatem causarum, dari non posse sine territorio, quod sit illius subiectum, seu fundam.

damentum. Nihilominus in contrarium est magis communis, & vera, quod scilicet dari possit iurisdictione in personis, etiam sine territorio, ut ex Abb. & Felino in cap. *causa matrimonii, de off. Ordinarii, Alex. conf. 35. numer. 19. lib. 4. & in l. soler, nu. 7. & 8. ff. de iurisdictione omni. iudicium, ac alius collectis plene probat Schrad. de feud. par. 10. f. 3. & 6. numer. 82. & ex eo Gratian. d. f. 218. numer. 18. cum seq. qui exemplificat in Rectoribus Scholasticis, in Conservatoribus privilegiorum, in Inquisitoribus, ac similibus habentibus jurisdictionem in personis in alieno territorio.*

Atque præsertim docet praxis, Priorum, & Commendatariorum Hierosolymitana Religionis, vel similibus Religionum militarium, quarum profectores & subditi, more reliqui cleri & populi, vivunt ipsam in Civitatibus & locis in privatis domibus, non autem collegialiter in Conventu vel Commenda, quoniam adhuc sunt sub iurisdictione Superiorum Religionis, seu militiae, cum illa requiratur Constitut. 67. Gregorii XIII. percutiant solum titros de clero & populo seculari dictæ Religionis inservientes, non autem profectos, ut supra in Faventina, d. f. 4. Et tamen eos cognoscunt, carcerant, & puniunt, abfque consensu, vel licentia Ordinarii loci.

21 Magisque ad rem facit exemplum Protectoris Almae Domus Lauretanæ, quoniam, excepta ipsa Alma Domus, quæ cum ejus ambitu intra columnas est de territorio separato ac Nullius, totum reliquum territorium est Episcopi. Et tamen Protector, plenam ac ordinariam quasi Episcopalem jurisdictionem exercet, in consensu & irrequisitè Episcopo, cum eisdem Alma Domus, Cappellanis, servientibus & ministris in ipsa Civitate, vel territorio ipsam viventibus, ut habetur infra in Lauretana, d. f. 33. Idemque inter plura similia, doceat praxis in hæc endem provincia, de Priore Collegiata Ecclesiæ S. Nicolai existentis intra Civitatem Barii, in qua cum illius Ecclesiæ Canonici, beneficiati, clerici, & servientibus, jurisdictionem exercet, ultra supradictum celebre exemplum, ab antiquis Canonistis approbatum, Episcopi Felvani in Civitate Florentina.

22 Accedentibus etiam in idem, vivis ac convenientibus rationibus, seu considerationibus plurimum inconvenientium, quæ alias resultarent. Primò quia, cum hic Archiepiscopus non habeat domum fixam propè ejus Ecclesiam, itat unum & idem territorium, seu eundem ambitum consistat, sed domum conductitiam inhabitare solet, sæpè variabilem, in territorio Diocæsanis existentem. Exinde resultaret, quod neque posset Tribunal habere, cum carceribus & aliis consequentibus, minusque citationes decernere, sententias proferre, alioque gerere, quoniam ut patet ex supra allegatis, occasione citandi in Ecclesia, dicunt communiter DD. quod actus, seu exercitium jurisdictionis consistit in decernenda citatione, non autem in ejus executione, unde si non posset illas exequi per edictum affixionem extra territorium suum, multo minus posset illas decernere, quo nil absurdius, contrarium comprobante tam diuturna plurimum secularium observantia.

Secundò quia ex pariter deductis super dicto puncto citationis in Ecclesia, nisi possit citare verbaliter, minus posset citare realiter, cum abfque dubio id importet majorem actum jurisdictionalem. Unde alias sequeretur, quod ejus iurisdictione & majestas apud proprios subditos remaneret irritabilis, seu contemptibiles, atque delicta remanerent impunita; nam delinquentes ita possent publicè conversari, seu propria domi tati manere, sub benevolentia & protectione Diocæsanis, seu ejus Vicarii localis, in cuius libito postum esset denegare licentiam in concedendo, delinquentes illa petunt, dando inductas in concedendo, delinquentes certiorari, & itaque quoad excommunicatos, qui publicè conversari possent, si in platea, aliisque publicis locis, cum cedulorum affixione, ad totius populi notitiam id deducti non posset.

Tertiò quia, dante casu, quod aliqui de clero & populo ipsius Diocæsanis alias subditi, turbaret jurisdictionem, seu alias lederet majestatem ipsius Nazarenæ, unde propterea sine dubio de ejus foro efficeretur, seu alias ratione connexionis causæ cum proprio subdito sibi competere præntentio, nunquam id præstare posset.

Quartò, quod cum illi de Capitulo eisdem Ecclesiæ Nazarenæ, alioque clerici, ministri & servientes ipsam in supra vivant in Oppido & territorio, non possent esse ministri sacramenta, minusque exerceri reliqua jura parochialia, præsertim circa subministracionem sacramenti Euchariæ pro viatico, & extrinsecæ unctiois, & circa eorum funerationem,

cum omnia hæc geri dicebantur in alieno territorio, & tamen percepto id servatum fuit.

Et quomodo demum, quia cum huic Ecclesie annexa etiam sit Ecclesia Cathedralis Cannensis, in cuius diocesi, seu territorio ibi adiacente vivit aliquis populus, licet adventitius occasione salinarum, & cultura honorum, ibi vero non adfit Ecclesia Cathedralis materialis, sed ita loco illius Cathedralis deservit, tanquam repræsentet, utique impracticabiles essent omnes actus concernentes jus diocesanum & parochiale, dum perneceesse oportet saltem per transitum eos exercere in hoc territorio; Et ideo cum in his omnibus, quæ important quid magis, absque dubio, certa & inconcussa sit observantia, multo magis id dicendum est quoad dictos actus affixionis edictorum & cedulorum, quæ sunt quid minus, neque formale jurisdictionis exercitium importare dicuntur, ut supra.

Idemque dicebam, quod quando Sedes Apostolica huic Archiepiscopo hanc sedem fixam constituit, cum Ecclesia, Capitulo, & clero, ita provisionaliter subrogatis. Censetur per necessarium antecedens desisse quocumque jus territoriale improprie, & incompatibiliter cum loci Ordinario, absque absurdo, vel inconvenienti dando duo capita in uno corpore sive quosdam territorii dominos in solidum, sed cum illis compatibiliter, quæ diversis respectibus dari potest in eodem prædio, seu fundo materiali, quia nempe unus sit dominus, alter vero, jure servitus possit percipere fructus, vel passiva cum ejus animalibus, sive habere jus viæ, & transitus, cum similibus, quia territorium est quidem Ordinarium & Prælatum, qui tamen pati tenetur hanc servitutem erga Nazarenum; Sive juxta illum plurimum Superiorum & Prælatorum concursum, qui in eodem loco, cum respectum diversitate consideratur supra in Toletana disc. 1. Ac etiam juxta eam servitutem, quam Parochus intra ejus territorium, seu fines propriæ parochiæ, pati cogitur erga alterum Parochum habentem curam per capita hominum, seu per familias, ut in peritico locis praxis docet, juxta optimam doctrinam Geminiani in capite, canon. n. 6. vers. Paulus distinguens, de electione in 6. ubi quod si quis habet parochiam per capita hominum, seu respectu certarum personarum & familiarum, tale jus parochiale non coheret territorio, sed tamen illud est exercibile in quocumque loco illæ persone morientur, & sic jure servitus, quam ita reliqui Parochi in proprio territorio, propriisque finibus pati coguntur.

Circa tertium punctum facultatis faciendi possessiones per dictum Oppidum; Juxta, & probabilis mihi visa est resolutio, ut scilicet in hoc defendendum esset consuetudini, seu observantia, sine qua non potest quis, quamvis exemptus & privilegiatus, extra proprium ambitum, in territorio Parochi, vel Diocesis absque unius, vel alterius consensu processiones facere, ex collectis per Barboian summam Apostolicam decisionem, verbo processio, collectan. 605. & passim; Est bene verum, quod hæc observantia, quæ certa in facto præsupponebatur, magnam habet congruentiam rationem, ob dictas alias circumstantias. Sed quando non adesset, id de jure præterit non potest, cum ille dicatur actus voluntarius, ac devotivus, unde dictum non potest antecedens, vel consequens necessarium juris Cathedralis & Episcopalis, ac sibi demandatæ jurisdictionis.

Quoad quartum punctum facultatis deputandi in ista Ecclesia Confessarios, qui omnibus ad eam accedentibus penitentia Sacramentum administrare possent, quamvis essent de clero & populo dicti Oppidi, & sic subiecti ipsi Ordinario loci, eosque absolvere etiam a casibus per ipsum Ordinarium reservatis; Non controversatur etiam a casibus per ipsam Ecclesiam, seu Ordinarium, facultas hujus Archiepiscopi approbandi ejus subditos, etique dandi facultatem exercendi penitentia Sacramentum in propria Ecclesia; Sed procedendo cum iis, quæ habemus de Abbatis & Prælati Inferioribus, Secularibus, & Regularibus exemptis in eorum Ecclesiis, Monasteriis, vel domibus, dicebatur id solum fieri posse cum propriis subditis, non autem cum illis de clero & populo, quia dicuntur oves commissa ipsi Ordinario, sine cuius licentia, quilibet inferior Prælatum, quantumvis exemptus, non potest cum eis se ingerere in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum, ut satis frequenter hoc eod. tit. habetur in Toletana, in Valsurarien. Faventina, Maceraten. & in aliis.

Verum fallacia manifesta erat in applicatione hujusmodi propositionis, in suis casibus aliquoquin veræ, Procedit enim in illis Prælati inferioribus, Regularibus, vel secularibus, qui juxta antiquum & nativum statum, erant etiam de clero

& populo ipsius Diocesis, ejusque subditi, deinde verò dativam, seu privilegiam exemptionem passivam tantum obtinuerunt, ex qua inferri non potest ad aliquam jurisdictionem, seu jus activum in clero & populum; Hoc autem non congruit casui presentis controversiæ, quoniam ista Ecclesia, utpote habens jura Cathedralia, seu Metropolitana ipsius Ecclesie Nazarenæ impeditæ, saltem intra ejus ambitum, perneceesse dicitur constituit proprium territorium omnino separatum a reliquo territorio, seu Diocesi Tranen. juxta casum, de quo in fortioribus terminis respectu Prælati inferioris habetur in Montis Cassini. decis. 373. par. 11. rec. & de quo agitur in Mariscana, hoc eod. tit. disc. 18. Sive juxta alterum, de quo in Caven. collationis ordinum, decis. 31. post Tondur. de person. Imò clarius, seu fortius, quoniam illi juri Prælati inferiores, quibus non congruit terminus diocesis, & territorii, seu jurisdictionis Episcopalis propriæ, & per veritatem, sed improprie, & per fictionem, vel similitudinem; In presentem autem agitur de Episcopo, cui omnia prædicta propriæ, ac per veritatem congruunt, unde verè & proprie sumus in casu Ecclesie, quam Episcopus Fesulanus habet in Civitate Florentina, quoniam ibi reputatur tanquam Episcopus, illaque Ecclesia deservit loco Cathedralis, ut per Abb. in cap. super eo, de parochiis, n. 6. Lapum alleg. 139. ubi etiam Calderin. Rot. dec. 207. n. 5. p. 2. divers. de quibus sup.

Et licet pro ratione dubitandi dici possit, casum d. Episcopi Fesulani esse diversum, quoniam non solum habet sub se clero servitio dictæ Ecclesie additum, sed etiam aliquam partem populi intra certas vias, seu fines in ipsa Civitate viventes, Nihilominus hæc dubitandi ratio etiam cessat, quoniam ut supra circa hoc obiectum insinuatum est, iste Archiepiscopus habet etiam populum secularium viventem in diocesi, & territorio Cannensi ibi adiacenti, ejus respectu ista Ecclesia est Cathedralis, non per subrogationem, vel fictionem, sed per veritatem, unde propterea hic Archiepiscopus habere videtur aliquid majus jus.

Quo posito, de plano relinquitur dicendum (& S. Congregatio admittit) istos Confessarios liberè posse in eorum Ecclesia penitentia Sacramentum administrare, etiam civibus & incolis ipsius Oppidi, eosque a casibus reservatis quocumque absolvere, eodem modo, quo saltem de communi & recepta consuetudine id fit, ac servatur in sua diocesi quoad illos aliter diocesis ad eam accedentes, ut ex Navarr. Molp. Felagundez, & aliis habetur apud Barbo. de Episc. alleg. 52. n. 15. Et quia Confessarii non possunt in illo actu distinguere unum populum ab altero, sive civis a forensibus; Et quamvis quoad casus reservatos consideraretur frigidum de facili committi posse, atque eludendo reservationem factam à Diocetano, adire istos Confessarios, ac ab eis abique impedimento absolutionem obtinere; Nihilominus id percutit conscientiam ipsorum subditorum, de quo ipsi vident, non autem defectum potestatis ipsorum Confessoriorum, quoniam in omnibus locis existentibus in confinio diocetum, præsertim verò in Italia, & magis in ista provincia, in qua, ut advertitur in Burgen. erectionis Cathedralis infra, sub tit. de præminent. disc. 6. ferè omnes Episcopatus constituntur sine diocesi, ex solis Civitatibus nimium adiacentibus, ita ut Episcopi videantur potius tot Parochi cum vno Pontificali, & jurisdictione Episcopali, nimium de facili id practitari potest, ideoque nulla subest ratio differentia.

Idemque, quod dicitur de facultate approbandi Confessarios, & administrandi Sacramenta. In omnibus, ac magis de plano procedere dicebam circa facultatem concionandi ipsi Archiepiscopo competentem in ipsa Ecclesia, seu aliis, id agendi licentiam præbendi, cum fieret in propria Ecclesia Cathedrali, & in proprio territorio ut supra, extra diocetis & territorium dicti Archiepiscopi Tranen. Quod expressè tanquam absolutum agnovit, & canonizavit eadem Sac. Congregatio, quæ proinde invalidas declaravit censuras à d. Tranen. Imprudenter de facto promulgatas contra quemdam concionatorem Regularem, qui de mandato, & licentia hujus Archiepiscopi in hac Ecclesia in Adventu predicaverat; Et quidem omnino incongruum, ac irritabile esset, quod Archiepiscopus in loco propriæ, ac fixæ residentia, prohibendus esset, cum proprio Capitulo, & clero, ac in propria Ecclesia Cathedrali & Metropolitana predicare, vel audire statum temporibus verbum Dei, possit, dum adesset etiam dictus populus diocesis Cannensis ex debito, Episcopus verbum Dei prædicare tenetur, vel agatur de Prælati inferiori, & de Ecclesia exempta in diocesi, vel territorio alterius Ordinarium, in quibus terminis procedit prohibitio.

Clas.

Clarum ideo est etiam æquivoque verberatum pro Diocetano, regulandi istam Ecclesiam, atque hujus Archiepiscopi potestatem; cum dictis terminis Prælatorum inferiorum in Ecclesiis subordinatis, ac simpliciter exemptis intra diocetis existentibus, cum ageretur de Ecclesia Cathedrali, ejus Prælatum est Episcopus per veritatem, habens plenam jurisdictionem Episcopalem, & potissime illam collationis ordinum, in qua ipse Concilium Tridentinum, strictius quam in omnibus aliis materiis proceditur, ita ut etiam quoad Prælatos habentes territorium separatum cum qualitate Nullius, & qui veri Ordinarii dicuntur, adhuc aliqua superflua difficultas ut habetur in Mutinenses Carpen. hoc eod. tit. disc. 16. Atque huic advertebam, quod literæ Pii V. regis apud Ughellium d. 7. om. Italiæ sacre, editæ occasione concessione Ecclesie Sancti Bartholomæi, in quibus expressè enunciatur facultas prædicandi, ac administrandi sacramenta, illud præsertim penitentia, non continebant novam concessionem, seu privilegium, sed potius explanationem ejus, quod de jure inest.

Deum quoad ultimum punctum generosiorii, cum fructu, & pulvisaribus, aliarumque præmentoniarum, in religionis hujus Oppidi Ecclesiis secularibus, & regularibus S. Congregatio illum remisit S. Congregationi Rituum, cuius iuris materia sunt pavores hujus Archiepiscopi referendæ esse, quoniam non agitur de Episcopo extero, ibi per transitum, seu alias accidentaliter jure privata persona commoante, sed de habente propriam sedem fixam & continuam residentiam, unde publicè incedit in habitu Episcopali; Quo posito, prolixius incongruum est, hujusmodi præminentias illi denegandas esse, stante præsertim consuetudine, cui in ista præmentoniarum materia omnino ac principaliter deservit. Ac etiam quia, si juxta firmata per Rotam d. decis. 106. parti. 10. rec. in toto isto Oppido ejusque territorio, quomodo & per universum Orbem, potest hic Archiepiscopus erigere crucem, ac deservit mozzettam, quæ sunt signa jurisdictionalia, multo magis habere debet hæc jura præmentoniarum & honorifica; Accedente etiam quadam antiqua declaratione Sac. Congregationis videlicet anno 1568. per quam dicitur, ut præsertim etiam Vicario Generali ipsius Archiepiscopi Tranen. locus dignior, & cum majori præmentonia debeat huic Archiepiscopo quamvis in Ecclesia sui jurisdictione ipsius Diocetani, unde hic punctus videbatur omnino planus; ita etiam docente præmentonia, nedum individua, sed etiam generalia, vel simili dicti Episcopi Fesulani in Civitate Florentina. Atque dari possent etiam casus in Protectore Almo domus Laurentianæ non esset Cardinalis, sed alius Episcopus, seu in dicto Protectore Vicario, qui esset Episcopus, vel Prælatum.

S U M M A R I U M.

- 1. An & quomodo præfigendus sit numerus ordinandorum ad disc. 20.
- 2. De aliis punctis disputatis in eodem disc. 20. ubi non est ratio.

ANNOT. AD DISC. XX.

Quinque fuerunt hujus controversiæ puncti in discursu insinuat; Atque super eorum primo præfixionis determinati numeri Clericorum, assumpta denique disputatione in eadem Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium; Cum Archiepiscopus Tranen. crasseret, ut Ministri Regii, ac etiam Agentes Communitatis conquirerentur de excessivo numero non permittere, idque non modicam faceret impressionem (& quidem merito) Dicebam scribendo pro Archiepiscopo Nazarenæ, quod id respiciebat numerum Clericorum in genere, ob præjudicium, quod tam Regiæ jurisdictioni, quam etiam Communitatis exinde resultatione Ecclesiasticæ immunitatis realis, & personalis, nullatenus curato, an Clerici promoverentur per unum, vel per alterum Prælatum, five unius, vel alterius Ecclesie servitio adscriberentur; Et per consequens, quod dum tam Regis, quam Communitatis iusta questio percutiebatur istam ipsam Diocesanam, quando istevellet, vel deberet in hoc parte agere, dabam manus, ut idem fieret à Nazarenæ, non autem ut ipse Diocetanus vellet præcipi debere alteri jejunium, sibi vero licitum esset ad satietatem, & ultra crapulari; Ac propterea me laudante, imò propone prolixè rescriptum, quod uterque ablineret à novis Clericorum ordinationibus, inconcussa ipsa Sac. Congregatione, quoniam verè hinc inde mihi non placebat tantus numerus, cum evidenti Communitatis, & Secularium

Card. de Luca, Lib. III.

supplantatione, ideoque nimium ubique esset id, quod in discursu insinuat, ut scilicet ubique generica ferebatur numeri præfixio ad proportionem populi.

Quatenus vero, seculia dicta consideratione præjudicii Regis, & Communitatis, pertinet ad punctum questionis inter ipsos Prælatos, dicebam, etiam cum sensu veritatis, quod iniusta esset querela; Siquidem tunc potest Diocetanus conquiri, quando per magnum numerum Clericorum, qui huic Ecclesie adscribuntur, ipse penuriam pateretur promovendorum pro servitio suarum Ecclesiarum, sed cum id in facto non verificaretur, non videbatur quidnam sua interesset, an illi de populo, qui per ipsum non assumuntur, sint potius laici, quam Clerici huic Ecclesie, excepto quodam nimium remoto interesse potius Parochi, quam diocetani ob exemptionem à cura animarum, & à jurisdictione parochiali, sed illud interesset, juxta communem præxim in hoc proposito non solet repenti considerabile.

Atque ad id probandum deludendam exemplum prædicam Regularium, qui juxta contingentias in aliquibus Civitatibus, & locis etiam medicibus, ob redituum, & honorem assumentiam habent Monasteria numerosa magis Civitatibus congrua, ideoque sequitur, quod persona de illo clero, & populo assumunt statum regularem, atque sunt Religiosi in aliquo considerabili numero habita loci proportionem, sed non per hoc diocetano conceditur id impedire, nisi quando reultaret dictum inconveniens, quod ita alie Ecclesie remanerent sine ministris, & cultu, cum jultè Sac. Congregatio ejus arbitrium interponeret. Multo igitur magis in presentem, quod ille Archiepiscopus consideratus non est tanquam simplex inferior Prælatum nativè subditus diocetani, solumque accidentaliter, & privilegiate exemptus.

De duabus autem Ecclesiis particularibus subiectis diocetano, nempe S. Mariæ, & S. Jacobi in discursu enunciatis, agitur sub tit. de Parochiis disc. 627. occasione controversiæ juris sepelendi inter eas veritatis; Et de alia Ecclesia S. Sepulchri Religionis Jerolymitana, agitur infra, sub tit. de præminent. disc. 9. occasione agendi de questione præsentia.

Alter punctus est circa affixionem Edictorum, & Cedulorum in locis publicis, atque super hoc alia hujusmodi habitata non fuit disputatio, minimeque super ius processionum, & super quarto Confessoriorum.

In quinto autem honorificiorum tractatum, qui remissus fuit Sac. Congregationi Rituum, ab ista prodiit resolutio favorabilis Archiepiscopo Nazarenæ, ut scilicet Regularibus licitum esset in eorum Ecclesiis exemptis honorificè quæ tractare, quodque incivilius modus, quam ipse Diocetanus tenere vellet in suis Ecclesiis, vel ab ejus ministris, & subditis teneri mandet, non debeat arctare exemptos, iis exceptis, qui jurisdictionem denotent, ut sunt thronus erectus, & erectio Crucis, ac benedictio populi, & delatio mozzette, sive usus pontificalium, juxta distinctionem de qua infra, hoc eod. tit. disc. 21. ubi de materia exercitii jurisdictionis, vel usus pontificalium in aliena Diocesi, ibique loca concordantia allegantur.

A M A L P H I T A N A JURISDICTIONIS

PRO ARCHIEPISCOPO AMALPHITANO CUM ARCHIEPISCOPO SALERNITANO.

Casus in possessore decisus per Rotam pro Amalphaniano.

Ecclesia existens intra fines unius Diocesis, si perpetuò alteri Cathedrali, vel Metropolitana uniaur, an efficiatur de hac Diocesi, cum implicita territorii separationem, ita ut Episcopus hujus novæ Ecclesie, cui facta est unio, transeat omnimoda jurisdictione Episcopalis privative ad primum, vel potius remaneat in priori subjectione.

S U M M A R I U M.

- 1. Facili series.
- 2. In possessore retinenda non queritur de iustitia negotii principalis, & exceptiones rejiciuntur ad peritiorum.
- 3. Quomodo tunc dicatur probata situatio in diocesi, & num. 8.
- 4. In jurisdictionalibus solajuris assistentia sufficit ad maintenancem.